

109



KL Januarius xxxi
Luna xxx

iii A Circuncisio dni
b Oct' sci stephani
xi c Oct' sci iohannis
d Oct' scorum innocentum
xix e
viii f Epyphania dni
g
xvi A
b
c Pauli primi herem
xiii d
ii e
f
x g
A

xviii	b	
vii	c	Anthonii abb
	d	
xv	e	
iiii	f	
	g	Agnetis virginis
xii	A	Vincencii martiris
i	b	
	c	
ix	d	Conuersio pauli
	e	
xvii	f	
vi	g	Agnetis scdo
	A	
xiiii	b	
iii	c	

KL Februarius xxviii
Luna xxix
d Brigide virginis
xi e Purificacio marie
xix f
viii g
A
xvi b Amandi epi
v c
d
xiii e Appolonie virg
ii f
g
x A Dorothee virg.
b
xviii c
vii d

	e	Juliane virginis
xv	f	
iiii	g	
	A	
xii	b	
i	c	
	d	Cathedra petri
ix	e	
	f	Mathie apli
xvii	g	
vi	A	
	b	
xiiii	c	Romani abb



Martius xxxi
luna xxx

iii	d	
	e	
xi	f	
	g	Adriani mris
xix	A	
viii	b	
	c	
xvi	d	
v	e	
	f	Alexandri pape
xiii	g	
ii	A	Gregorii pape
	b	
x	c	
	d	

xviii	e	
vii	f	Gertrudis uirg
	g	
xv	A	
iiii	b	
	c	Benedcti abb
xii	d	
i	e	
	f	
ix	g	Annunciacio marie
	A	
xvii	b	
vi	c	
	d	
xiiii	e	Rupercii epi
iii	f	

 Aprilis xxx

luna xxix

	g	
xi	A	
	b	
xix	c	Ambrosii epi
viii	d	
	e	
xvi	f	
v	g	
	A	Marie egipciace
xiii	b	
ii	c	
	d	Leonis pape
x	e	
	f	
xviii	g	

vii	A	
xix	b	
xv	c	Perfecti mris
iiii	d	
	e	
xii	f	
i	g	
	A	Georgii mris
ix	b	
	c	Marci ewang
	d	
vi	e	
	f	Vitalis mris
	g	

	KL	Mayus		xxxi
		Luna		xxx
xi	b	Philippi et iacobi		
	c			
xix	d	Inventio sce crucis		
viii	e			
	f			
xvi	g	Iohis an porta lat		
v	A			
	b			
xiii	c			
ii	d			
	e			
x	f			
	g	Servacii epi		
xviii	A			
vii	b			

	c	
xv	d	Sirici epi
iiii	e	
	f	
xii	g	Bernardini conf
i	A	
	b	
ix	c	Desiderii epi
	d	
xvii	e	
vi	f	Augustini epi
	g	
xiiii	A	
iii	b	
	c	
xi	d	Petronille virg



	e	
xix	f	Scorũ marcelli et p̄
viii	g	
xvi	A	
v	b	Bonifacij epi
	c	
xiii	d	
ii	e	
	f	
x	g	
	A	Barnabe apli
xviii	b	
vii	c	
	d	Basilij epi
xv	e	

iiii	f	
xv	g	Alexii confessoris
xii	a	
i	b	
	c	Geruasii martiris
ix	d	
	e	
xvii	f	Vigilia
vi	g	Natiuitas iohis
		Eligii episcopi
xiiii	b	
iii	c	
	d	Vigilia
xi	e	Petri et pauli
	f	



g
A
b
c Translacio marti
d
e
f
g
A
b Septem fratrum
c
d
e
f
g Diuisio aplorum
g

iiii	A	
	b	
xii	c	
i	d	
	e	
ix	f	Praxedis virgis
	g	Marie magdal'
xvii	A	
vi	b	
	c	Jacobi et xpoffo'
xiiii	d	Anne mris mari'
iii	e	
	f	
xi	g	
	A	
xix	b	Germani epi

8

 Augustus habet dies xxxi luna xxx

viii	c	Ad vincula petri
xvi	d	
v	e	
	f	
xiii	g	Dominici conf
ii	A	
	b	
x	c	
	d	vigilia
xviii	e	laurencii mris
vii	f	
	g	
xv	A	
iiii	b	vigilia
	c	Assumpcio marie

iii	d	
	e	
	f	
ix	g	
	A	Bernardi abb
xvii	b	
vi	c	
	d	
xiiii	e	Bartholomei
iii	f	Ludovici confessoris
	g	
xi	A	
	b	Augustini epi
xix	c	Decollacio iohis
viii	d	
	e	

KAL		Septembri	xxx
		luna	xxx
xvi	f	Egidii abb	
v	g		
	A		
xiii	b		
ii	c	Bertini abb	
	d		
x	e		
	f	Nativitas marie	
xviii	g		
vii	A		
	b	Prothi & iacincti	
xv	c		
iiii	d		
	e	Exaltacio scte crucis	
xii	f		

i	g	
	A	lamberti epi
ix	b	
	c	
xvii	d	vigilia
vi	e	Mathei apostoli
	f	
xiiii	g	clete uirginis
iii	A	
	b	
xi	c	
	d	
xix	e	
viii	f	Michaelis arch
	g	Jeronimi pbri

	KL	Octobr	xxxi
		luna	xxx
xvi	A	Bauonis	
v	b		
xiii	c		
ii	d	Francisci conf.	
	e		
x	f		
	g	Marci pape	
xviii	A		
vii	b	Dyonisii epi	
	c		
xv	d		
iiij	e		
	f	Calixti pape	
xii	g	Donaciani epi	
i	A		

	b	
	c	
	d	luce euang
xvii	e	
vi	f	
	g	
xiiii	A	Seueri epi
iii	b	
	c	
xi	d	
	e	
xix	f	vigilia
viii	g	Symonis iude
	A	
xvi	b	
v	c	vigilia

11



Novembr xxx
luna xxx

d	Om scorum	
e	Om animarum	
f	Innumerabiliu͞z	
g		
A		
b	leonardi epi	
c		
d		
e		
f		
g	Martini epi	
A		
b		
c		
d	Machuti epi	

11

ix	e	
	f	
xvii	g	
vi	A	Elisabeth vidue
	b	
xiiii	c	
iii	d	Cecilie virgis
	e	Clementis mris
xi	f	
	g	Katherine virg
xix	A	
viii	b	
	c	
xvi	d	Vigilia
v	e	Andree apostoli



		Decembri xxxi
		luna xxx
xiii	f	Eligii abbis
ii	g	
	A	
x	b	Sa. barbare uirg.
	c	
xviii	d	Nicolay epi
vii	e	Ambrosii epi
	f	Conceptio marie
xv	g	
iiii	A	
	b	
xii	c	
i	d	lucie uirginis
	e	Nicasii epi.
ix	f	

	g	
xvii	A	Lazari m̄ris
vi	b	
	c	
xiiii	d	
iii	e	Thome Apli
	f	
xi	g	
	A	Vigilia
xix	b	Natiuitas dni
viii	c	Stephani m̄ris
	d	Johannis euag
xvi	e	Scōrum Innoc
v	f	Thome episcopi
	g	
xiii	A	Siluestri ppē

Domine labi
a mea aperies
Et os meum
annunciabit
laudem tuā
Deus in adiutorium
meum intende. domine
ad adiuvandum me fes
tina. Gloria patri et fili
o et spiritui sancto. Si
cut erat in principio et nunc
et semper et in secula secu
lorum. Amen.
Patris sapiencia ve
ritas divina. deus homo
captus est hora matutina

A notis et discipulis atque derelictus. A iudeis traditus venditus et afflictus. ℣.
Adoramus te xpe et benedicimus tibi. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Oremus. Oratio.
Domine ihesu xpe fili dei uiui pone passionem crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animam meam nunc et in exitu eius et largiri dignetis viuis misericordiam et graciam defunctis requiem et ueniam ecclesie tue sancte pacem et concordiam et

nobis miseris pccõribꝫ
vitam et leticiam sempi-
ternam. Amen. Ad prima
Deus in adiutoriu
meum intende. Do-
mine ad adiuvandum
me festina. Gloria pri
Hora prima ducit
ihesus ad pylatum
falsis testimoniis mul-
tum accusatum. In col-
lo percuciunt manibus
ligatum. Vultum dei cõ-
spuunt lumen celi grati
V. Adoramus te. Oro
Domine ihesu xpe fi-
li dei vivi int. Ad emar

Deus in adiutorium
meum intende. Do
mine ad adiuvandum me
festina. Gloria patri. ymnus
Crucifige clamitant
hora terciarum. Il
lusus induitur veste pur
purarum. Caput eius pun
gitur corona spinarum.
Crucem portat humeris
ad locum penarum. V.
Adoramus te christe et bene
dicimus tibi. Quia per sanc
tam crucem tuam redemis
ti mundum. Oratio.
Domine ihesu christe fili
dei vivi pone passionem

crucem et mortem tuam
inter iudicium tuum et ani
mã meã nunc et in exitu e
ius et largiri digneris vi
uis miam et graciã defunc
tis requiem et veniam ec
clesie tue sancte pacem et
concordiã et nobis mise
ris peccatoribus vitã et leti
ciam sempiternam. Amen

Deus in. Ad sextam
adiutorium meum
intende. Domine ad adiuuan
dum me festina. Gloria
Hora sexta ihs est Vs
cruci conclauatus
et est cum latronibus pen

dens deputatus. Pre tor
mentis siciens felle satu
ratus. Agnus crimen di
luit sic dericatus. ℣. A
doramus te xpe et benedi
cimus tibi. Quia per sanc
tam crucem tuam redeis
ti mundum. Oremus. O
Domine ihu xpe fi
li dei uiui pone pas
sionem crucem et mor
tem tuam inter iudiciu
tuam et aiam meā nunc
et in exitu meo et largiri
digneris uiuis miam
et graciā defunctis reqe
et ueniam eccl'e tue sancte

pacem et concordiam et no
bis miseris peccatoribus
vitam et leticiam sempi
ternam. Amen. Ad nonam
Deus in adiutorium
meum intende. Domine ad ad
iuvandum me festina. Gloria
Hora nona dominus Ihesus
expiravit hely
clamans animam patri
commendavit. latus e
ius lancea miles perfo
ravit. Terra tunc contre
muit et sol obscuravit.
Versus Adoramus te. Oratio
Domine ihesu xpiste fili
dei vivi etc. Ad vespras

Deus in adiutoriū
meum intende.
Dñe ad adiuuandū me
festina. Gloria patri. ꝟ
De cruce deponitur
hora uespertina.
Fortitudo latuit i mē
te diuina. Talem mortē
subiit uite medicina heu
corona glorie iacuit su
pina. ꝟ Adoramus te xp̄e
et benedicimus tibi quia
per sanctam crucē tuā
redemisti mundū. Oro.
Domine ihesu xp̄e fi
li dei uiui pone pas
sionem crucem et mortē

tuam in tremdo iudiciū tuuz
et animā meam nunc et i
exitu eius et largiri digne
ris viuis miām et graciaz
defunctis requiem et vei
am eccl'e tue sc̄e pacem et
concordiā et nobis mise
ris peccatoribꝫ vitam et
leticiam sempiternā. Amē

Conuerte. Ad cōpl'
nos deus salutaris
nr. Et auerte iram tuā a no
bis. Deus in adiutori
um meum intende. Dñe
ad adiuuandum me fes
tina. Gloria pri
Hora completorii.

datur sepulture. Corpus
xpi nobile spes uite futu
re. Conditor aromate cō
plentur scripture. Jugi sit
memoria mors hec in cu
re. ℣ Adoramus te xpe et
benedicimus tibi. Quia
per sanctam crucem tuā
redemisti mundum. Oro
Domine ihesu xpe fi
li dei uiui pone pas
sionem crucē et mortem
tuam inter iudicium tuū
et animā meā nunc et in
exitu eius et largiri digne
ris uiuis miām et graciā
defunctis requiem et ve

niam ecclesie tue sanctę pacē
et concordiam et nobis
miseris peccatoribus vitam
et leticiam sempiternā. A.

Has horas recom
canonicas cum de
uocione. tibi xpe recolo
piacione. tu qui pro
me passus es penas in a
gone. Sit labori consonā
consors sim corone. Amen


[illegible]



Domine la
bia mea a
peries. Et
os meum
annuncia
bit laudem tuã. Deus
in adiutorium meum in
tende. Domine ad adiuvãdũ
me festina. Gloria patri
et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principi
o et nunc et semper et in se
cula seculorum. Amen.
Nobis sancti sp̄s
gracia sit data. Qñ q
virgo virginum fuit ob






umbrata. Cum per sctm an-
gelum fuit salutata. V.
Verbum caro fcm est virgo
fecundata. An. Veni sanc-
te sps reple tuorum corda
fidelium et tui amoris
in eis ignem accende. V.
Emitte spm tuum et cre-
abuntur. Et renouabis
faciem terre. Oremus. O
Mnipotens sem-
piterne deus da no-
bis illam sancti sps gra-
ciam quam tuis discipu-
lis in die sancto pente-
costes transmisisti. Per e-
undem xpm dnm nrm. A

20

Deus in ad ad p̄mā
iutorium meum
intende. Domine ad adiuuā
dum me festina. Gl'ia
De virgine filius
xp̄s fuit natus. Cru
cifixus mortuus atque
tumulatus. Resurgens
discipulis fuit demōstra
tus. Et ipsis cernentibus
in celum leuatus. Anth
Veni sancte sp̄s īt. Vsus
Emitte spm tuum. oro
Omnipotens sempi
terne deus. Ad terciā
Deus in adiuto
rium meum intende

Dñe ad adiuuandū me
festina. Gloria. ys
Suum scm̄ spm̄ de
us delegauit. In die pen
thecostēs ipsos confir
mauit. Et de linguis ig
neis ipsos inflāmauit
Relinquere orphanos
ipsos denegauit. an̄ Veni
sancte spiritus reple tuo
rum corda fideliū et tui
amoris in eis ignem ac
cende. ỽ Emitte spm̄ tu
um et creabuntur. Et re
nouabis faciem terre. Or̄o.
Omnipotens sem
piterne deus. Da

nobis illam sancti sps gra
ciam quam tuis discipu
lis in die sancto penthe
costes transmisisti. Per
eundem xpm dnm nrm.
Deus in. Ad sextam.
adiutorium meum in
tende dne ad adiuuan
dum me festina. Gloria
Septiformi gracia ps
ciam tunc acceptaue
runt. Quare voce omnia cun
cta cognouerunt. Ad di
uersa climata mundi re
cesserunt. Et fidem catho
licam tunc predicauerunt
An. Veni sce. ps. Emitte spm

Omnipotens sẽpitē
Deus in. Ad nonā
adiutoriũ meum
intende. Dñe ad adiuuã
dum me festina. Glori'
Spūs paraclitus. ps
Qui fuit appellatus do
num dei caritas fons vi
uificatus. Spiritalis vn
ctio ignis inflammatur
Septiformis gracie ca
risma vocatus. An. Veni
sancte spūs reple tuorum
corda fidelium et tui amo
ris in eis ignem accende
Vs Emitte spm tuū et cre
abuntur. Et renouabis

faciem terre. Oremus Oro
[O]Mnipotens sempi
terne deus da nobis
illam sancti sps graz qua
tuis discipulis in die sa
cto penthecostes trasmi
sisti. per eundem xpm d
[D]eus in ad. adiu vs
iutorium meum in te
de dne ad adiuuandu
me festina [G]loria pri
[D]extre dei digitus u
tus spiritalis. nos
defendat eruat ab omni
bus malis. Ut nobis no
noceat demon infernalis
protegat et nutriat foue

at subalis. an̄. Veni sanc
te sp̄s reple tuorum corda
fidelium et tui amoris in
eis ignem accende. ℣s. E
mitte spiritum tuum et crea
buntur et renouabis fa
ciem terre. Oremus
Omnipotens sempiter
ne deus da nobis illā sci
sp̄s graciam quatinus di
scipulis in die sancto pē
thecostes transmisisti. P
Conuerte. ad cōpl
nos deus salutaris
nr̄. Et auerte iram tuam a
nobis. Deus in adiu
torium meum intende

dnē ad adiuuandum me fe
stina. Gloria pr̄i et ꝟs
Sps paraclitus nos
velit iuuare. Gressꝰ
nros regere et illuminaꝛe
Vt cum deus venerit oēs
iudicare. Nos velit ad de
xteram suam appellare.
Anth. Veni scē spūs. ꝟs
Emitte spm̄ tuum. Oro
Omnipotens sempi
terne deus. Recomendo
Has horas canoni
cas cum deuocione
tibi scē sps pia racione
dixi ut nos insites inspi
racione. Sed viuamus

iugiter celi regione Amē

Incipit missa b[ea]te marie

Introibo ad
altare dei. Ad
deum qui le
tificat iuuen
tutem meã.
Dignare dñe die isto
Sine pccõ nos custodire
Confitemini dño qm
bonus qm in seculũ mi
sericordia eius. co.
Confiteor deo celi et
beate marie virgini et om
nibus sanctis eius et vo
bis pater quia ego infelix
peccator peccaui nimis
contra legem dei mei co

gitacione locucione cō
sensu tactu visu verbo et
opere mea culpa mea cul
pa mea maxima culpa
Ideo precor beatissimaꝫ
virginem mariā et om̄s
sanctos et sanctas dei et
vos orate pro me pecca
tore Amen. absol'
Misereatur vestri ō
nipotens deus et dimis
sis omnibus pecc̄is vestris
perducat vos et vos ih̄s
xp̄s cum gaudio sine
macula ad vitam eternaꝫ
Amen. Adiutorium
nostrum in nomine dn̄i qui

fecit celum et terram. Sit
nomen domini benedictum
ex hoc nunc et usque in se
culum. Introitus
Salve sancta parens
enixa puerpera regem qui
celum terram que regit in
secula seculorum. ℟. Sen-
tiant omnes tuum iuvamen
Quicumque celebrant tuam
commemoracionem. Glori-
a patri. Sicut erat. Sal-
ve sancta parens. Ky-
rieleyson. Kyrieleyson.
Kyrieleyson. Christe
eleyson. Christeleyson.
Christeleyson. Kyrie

leyson. Kyrieleyson.
Kyrieleyson.
Gloria in excelsis de
o. Et in terra pax homi
nibꝰ bone voluntatis
laudamus te. Benedici
mus te. Adoramꝰ te. Glori
ficamus te. Grãs agimus
tibi propter magnã glo
riam tuaꝫ. domine deus
rex celestis deus pater ō
nipotens. domine fili
unigenite ihu xpe. do
mine deus agnus dei fi
lius patris. Qui tollis
pcca mundi miserere
nobis. Qui tollis pcca

26

mundi suscipe deprecaci
onem nram. Qui sedes
ad dexteram patris mise
rere nobis. Qm tu solus
sanctus. Tu solus dns
Tu solus altissimus ihu
xpe. Cum sancto spiritu
in gloria dei patris. Am
Concede nos fa- or
mulos tuos que
sumus domine deus p
petua mentis et corporis
salute gaudere et glorio
sa beate marie semper vir
ginis intercessione a p
senti liberari tristicia et e
terna perfrui leticia. Per

Ab inicio lcō libri
et ante secula crea
ta sum et usq; ad futurū
seculū non desinā et in
habitacione sancta corā
ipso ministraui. Et sic in
syon firmata sum et in ci
uitate sanctificata simi
liter requieui et in ihrlm
potestas mea. Et radica
ui in populo honorifi
cato et in partes dei mei
hereditas illius. et in ple
nitudine sc̄orum detēcio
mea. ℟ Benedicta et ve
nerabilis es virgo maria
que sine tactu pudoris

inuenta es mater saluato
ris. ℣ Virgo dei genitrix
quem totus non capit
orbis in tua se clausit vis
cera fcs homo. Alleluya
℣ Post partum virgo i
uiolata permansisti. Dei
genitrix intercede pro no
bis. Alleluya. S' lucam
In illo tempore. Lo
quente ihesu ad tur
bas extollens vocē quedā
mulier de turba dixit illi.
Beatus venter qui te por
tauit et ubera que suxisti. At
ille dixit. Quinymo. Beati
qui audiunt verbum dei

et custodiunt illud. Deo gratias.

Credo in unum deum patrem omnipotentem. Factorem celi et terre. Visibilium omnium et invisibilium. Et in unum dominum ihesum christum filium dei unigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo lumen de lumine deum verum de deo vero. Genitum non factum consubstancialem patri per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est

de spū sc̄o ex maria uirgīe
et homo fc̄s est. Crucifix⁹
eciam pro nobis sub pō
cio pylato passus et sepl'
tus est. Et resurrexit tercia
die secundū scripturas
Et ascendit in celum sedet
ad dexteram pr̄is. Et iter⁹
uenturus est cum glori
a iudicare uiuos et mor
tuos. Cuius regni non
erit finis. Et ī spiritum sa
ctū dn̄m et uiuificantez
Qui ex patre filioqꝫ pro
cedit. Qui cum pr̄e et fi
lio simul adoratur et co
glorificatur. Qui locut⁹

est per prophetas. Et unā
scām catholicam et apos
tolicam ecclesiā. Confite
or unū baptisma in remissi
onem peccatorum. Et expe
cto resurrectionē mortuo
rum. Et uitam uenturi se
culi. Amen Offertorium
Felix namque es sacra uirgo
maria et omni laude dig
nissima quia ex te ortus
est sol iusticie xp̄s deus nr̄
Sanctus Sanctus
Sanctus dn̄s deus sa
baoth Pleni sunt celi
et terra gloria tua osanna
in excelsis Benedictus

qui venit in nomine do
mini osanna in excelsis.
Agnus dei qui tollis
peccata mundi: miserere
nobis. Agnus dei qui
tollis peccata mundi mi
serere nobis. Agnus
dei qui tollis peccata mu
di dona nobis pacem. ℣
Beata viscera marie vir
ginis que portaverunt
eterni patris filium. Oratio
Graciam tuam quesumus domine
mentibus nostris in
funde ut qui angelo nun
ciante xpisti filii tui incar
nacionem cognovimus



per passionē eius et crucē
ad resurrectionis gloriā
perducamur. Per xp̄m dn̄m.
Inicium sc̄i euangelij se
cundum iohānē. Glā tibi dn̄e.
In principio erat
verbum et verbū
erat apud deum et deus
erat verbum hoc erat i prī
cipio apud deum. Om
nia per ipsum fc̄a sunt et
sine ipo fcm̄ est nichil qd̄
fcm̄ est in ipo vita erat et
vita erat lux hominū et
lux in tenebris lucet et te
nebre eam non compre
henderunt. Fuit homo

missus a deo cui nomen
erat iohannes. hic venit
in testimoniū ut testimo
niū perhiberet de lumine
ut omnes crederent per il
lum. Non erat ille lux sed
ut testimoniū perhibe
ret de lumine. Erat lux
vera que illuminat oēm
hominē uenientē in huc
mundū. In mundo erat
et mundus per ip̄m fc̄s
est et mundus eum cog
nouit. In propria uenit
et sui eum non receperūt
Quotquot autem recepe
runt eum dedit eis potes

tatem filios dei fieri hijs
qui credunt in nomine
eius qui non ex sangui
nibꝰ neqꝫ ex voluntate
carnis neqꝫ ex voluntate
viri sed ex deo nati sunt. ⁊
Verbum caro fcm est et ha
bitavit in nobis. Et vidi
mus gloriam eius glori
am quasi unigeniti a p̄re
plenum gracie et verita
tis. Deo gracias.





aridam fundauerunt
manus eius. Venite a
doremus et procidam(us)
ante deum ploremus
coram domino qui fe
cit nos quia ipse est do
minus deus n(oste)r nos au
tem p(o)p(u)l(u)s eius et oues
pascue eius. Aue maria
gracia plena d(omi)n(u)s tecu(m)
Hodie si uocem eius
audieritis nolite obdu
rare corda uestra sicut in
exacerbacione secundum
diem temptacionis in
deserto ubi temptauerut
me patres uestri proba

nerunt et viderunt ope
ra mea. Dns tecum. Qua
draginta annis proxi
mus fui generacioi huic et
dixi semper hii errant cor
de ipsi vero non cogno
nerunt vias meas qui
bus iuravi in ira mea
si introibunt in requi
em meam. Ave maria gra
cia plena dns tecum. Glo
ria patri. Sicut erat. Do
minus tecum. Ave ma
ria gracia plena dns te
cum. ymnus.
Quem terra pontus
ethera colunt adorant

predicant trinã regẽtẽ
machinã claustrũ ma
rie baiulat. Cui luna
sol et omnia deseruiunt
per tempora perfusa celi
gracia gestant puelle vi
scera. Beata mater mu
nere cuius supernus arti
fex mundum pugillo cõ
tinens uentris sub archa
clausus est. Beata celi
nuncio fecunda sco spu
desideratus gentibus cuius
per aluum fusus ẽ. Glo
ria tibi dñe qui natus es
de uirgine cum pře et sco
spu in sempiterna secula.

Isti tres psalmi sequentes dicitur diebus dominicas lunae et iovis. Antiphona Benedicta tu. Psalmus

Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Quoniam elevata est magnificencia tua super celos. Ex ore infancium et lactancium perfecisti laudem propter inimicos tuos ut destruas inimicum et ultorem. Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorum lunam et stellas que tu fundasti. Quid est homo quod








Incipit officium beate
marie secundum usum
romane curie. Ad matu




Domine labia
mea aperies.
Et os meum an
nunciabit
laudem tuam.



Deus in adiutorium me
um intende. Domine ad
adiuvandum me festina.
Gloria patri et filio et spi
ritui sancto. Sicut erat
in principio et nunc et se
per et in secula seculorum.
Amen. Ant.
Ave maria gracia plena dominus








tecum. Ps.
Venite exultemus
dño iubilemus deo salu
tari nr̃o preoccupemus
faciem eius in confessio
ne et in psalmis iubile
mus ei. Ave maria gr̃a
plena dñs tecum. Quoniam
deus magnus dñs et rex
magnus super omnes de
os qm non repellit dñs
plebem suam quia in ma
nu eius sunt omnes fines
terre et altitudines mõ
cium ipse conspicit. Dñs
tecum. Quoniam ipsius est
mare et ipse fecit illud et

memor es eius aut filius
hominis quoniam visitas eum
Minuisti eum paulo mi
nus ab angelis gloria et
honore coronasti eum et con
stituisti eum super opera ma
nuum tuarum. Omnia sub
iecisti sub pedibus eius o
ves et boves universas
insuper et pecora campi
Volucres celi et pisces
maris. qui perambulant
semitas maris. Domine do
minus noster quam admirabile
est nomen tuum in universa ter
ra. Gloria patri. Benedi
cta tu in mulieribus et benedictus

fructus ventris tui. ps
Celi enarrant an Sicut
gl'am dei 7 opa manu
u3 ei' annūciat firmamētū
Dies diei eructat vbū et
nox nocti idicat sciam. No
st loq'le neq3 sermoēs quorꝫ
nō audiātur voces eorꝫ
In oēz terrā exiuit sonꝰ e
orū 7 in fines orbis tre vba
eorū In sole posuit tab
naclm suū et ipe tāq3 spōsꝰ
procedens de thalamo suo
Exultauit ut gygas ad
currendā viā a summo +
celo egressio eius. Et oc
cursus eius usq3 ad sum

mũ eius nec est qui se abscõ
dat a calore eius. Lex do
mini immaculata conu
tens animas testimoni
um dñi fidele sapienciã
prestans paruulis. Ius
ticie domini recte letifica
tes corda preceptũ dñi lu
cidum illuminans oclõs
Timor domini sc̃s per
manet in seculũ seculi iu
dicia dñi uera iustificata
in semetipã. Desidera
bilia super aurum et lapi
dem preciosum multum
et dulciora super mel et fa
uum. Etenim seruus

tuus custodit ea in custo
diendis illis retribucio
multã. Delicta quis
intelligit ab occultis
meis munda me dñe ⁊
ab alienis parce seruo
tuo. Si mei non fue
rint dominati tunc im
maculatus ero et emũ
dabor a delicto maximo
Et erunt ut compla
ceant eloquia oris mei
et meditacio cordis me
in conspcũ tuo semper
Domine adiutor me
us et redemptor meus
Gloria pri. Añ. Sicut

mirra electa odorem dedi
sti suauitatis sca dei geni
trix. Aña Ante thorū ps
Domini est terra et
plenitudo eius or
bis terrarum et uniū si q
habitant in eo. Quia
ipē super maria fundauit
eum et super flumina pre
parauit eum. Quis as
cendet in montem domini aut
quis stabit in loco sancto
eius. Innocens mani
bus et mundo corde q nō
accepit in vano aīam su
am nec iurauit in dolo
proximo suo. Hic acci



piet benedictionem a domino: et
misericordiam a deo salutari suo.
Hec est generacio que
rencium eum querencium fa
ciem dei iacob. Attollite
portas principes vestras
et elevamini porte eterna
les et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie
dominus fortis et potens dominus
potens in prelio. Attol
lite portas principes ves
tras et elevamini porte e
ternales et introibit rex
glorie. Quis est iste rex
glorie dominus virtutum ipse
est rex glorie. Gloria pa

Añ. Ante thorum huius
virginis frequentate no-
bis dulcia cantica dragma-
tis. pater nr. Et ne nos in.
Isti tres psalmi sequentes
dicuntur diebus martis
et veneris. Añ. Specie tua. ps.
Eructavit cor meum
verbum bonum dico
ego opera mea regi. Lin-
gua mea calamus scribe ve-
lociter scribentis. Spe-
ciosus forma pre filiis ho-
minum diffusa est gracia
in labiis tuis propterea
benedixit te deus in eternum.
Accingere gladio tuo

super femur tuum potentissi
me. Specie tua et pulcri
tudine tua intende pros
pere procede et regna. Pro
pter ueritatem et mansuetu
dinem et iusticiam et deducet
te mirabiliter dextera tua.
Sagitte tue acute. et
populi sub te cadent in cor
da inimicorum regis. Se
des tua deus in seculum seculi
uirga directionis uirga
regni tui. Dilexisti iusti
ciam et odisti iniquitatem
propterea unxit te deus deus
tuus oleo leticie pre con
sortibus tuis. Mirra et gut

ta et cassia a uestimentis
tuis a domibus eburneis
ex quibus delectauerunt te
filie regum in honore tuo
Astitit regina a dextris
tuis in uestitu deaurato
circundata uarietate. Au
di filia et uide et inclina aurem tuam
et obliuiscere populum tuum et domum patris
tui. Et concupiscet rex de
corem tuum quoniam ipse est dominus
deus tuus et adorabunt
eum. Et filie tyri in mu
neribus uultum tuum depre
cabuntur omnes diuites
plebis. Omnis gloria
eius filie regis ab intus

in

in fimbrijs aureis circū
amicta uarietatib[us]. Ad
ducentur regi uirgines
post eam proxime eius
afferentur tibi. Afferē
tur in leticia et exultacio
ne adducentur in tēplū
regis. Pro patrib[us] tuis
nati sunt tibi filij consti
tues eos principes sup[er]
omnē terram. Memor
ero nominis tui dn̄e in
omni generacione et ge
neracionē. Propterea
populi confitebuntur
tibi in eternū et in seculū
seculi. Gloria p̄ri. Añ.

Specie tua et pulcritudine
tua intende prospere pro
cede et regna. a Adiuuabit
Deus nr̄ refugiū ps
et uirtus adiutor i
tribulacionibus que inue
nerunt nos nimis. Pro
pterea non timebimus
dum turbabitur terra et
transferentur montes i
cor maris. Sonuerunt
et turbate sunt aque eorū
conturbati sunt montes
in fortitudine eius. Flu
minis impetus letificat
ciuitatem dei sanctificauit
tabernaculū suū altissimus

Deus in medio eius.
non cõmouebitur adiu
uabit eã deus mane di
luculo. Conturbate sũt
gentes et inclinata sunt
regna dedit uocem suã
mota est terra. Dñs uir
tutũ nobiscum susceptor
nr̃ deus iacob. Venite
et uidete opera dñi qui
posuit prodigia super ter
ram auferens bella usqꝫ
ad finẽ terre. Arcum cõ
teret et confringet arma
et scuta comburet igni
Vacate et uidete qm̃ e
go sum deus exaltabor

in gentibꝫ et exaltabor in
terra. Dn̄s uirtutū no
biscum susceptor nr̄ d̄s
iacob. Gloria pri. an
Adiuuabit eam d̄s uul
tu suo deus in medio eiꝰ
non cōmouebitur. an
Sicut letanciuꝫ. ps
Fundamenta eius
in montibꝫ scis diligit
dn̄s portas syon super
omnia tabernacula iacob
Gloriosa dicta sunt de
te ciuitas dei. Memor
ero raab et babilonis sci
encium me. Ecce alie
nigene et tyrus et populꝰ
e

ethyopum hii fuerunt
illic. Numquid syon
dicet homo et homo na
tus est in ea et ipse funda
uit eam altissimus. Do
minus narrabit in scrip
turis populorũ et princi
pum horum qui fuerũt
in ea. Sicut letancium
omniũ nrm habitacio
est in te. Gloria pri. Ant.
Sicut letanciũ omnium
nostrum habitacio est in
te sancta dei genitrix. Vs.
Diffusa est gracia in labi
is tuis propterea benedix
it te deus in eternũ. Pr nr

Isti tres psalmi sequentes
dicuntur diebus mercurii
et sabbati. Ant. Gaude maria
Cantate domino can ps
ticum novum canta
te domino omnis terra. Cantate
tate domino et benedicite no
mini eius annunciate de
die in diem salutare eius
Annunciate inter gen
tes gloriam eius in omni
bus populis mirabilia
eius. Quoniam magnus do
minus et laudabilis ni
mis terribilis est super
omnes deos. Quoniam omnes
dii gentium demonia dominus

autem celos fecit. Confes
sio et pulcritudo in con
spectu eius sanctimonia et ma
gnificencia in sanctificacio
ne eius. Afferte domino
patrie gencium afferte
domino gloriam et hono
rem afferte domino gloriam nomini
eius. Tollite hostias
et introite in atria eius ado
rate dominum in atrio sanc
to eius. Commoveatur
a facie eius universa terra
dicite in gentibus quia
dominus regnavit. Etenim
correxit orbem terre qui
non commovebitur in

dicabit populos in eq-
tate. Letentur celi et
exultet terra cōmouea-
tur mare et plenitudo e-
ius gaudebunt campi
et omnia que in eis sunt
Tunc exultabunt ō-
nia ligna silue a facie do-
mini quia uenit iu-
dicare terram. Iudica-
bit orbem terre in equi-
tate et p̄plos in equitate
sua. Gloria patri. Anth
Gaude maria uirgo cunc-
tas hereses sola interemis-
ti in uniuerso mundo.
Ant Dignare Ps.

Dominus regnavit
exultet terra leten
tur insule multe. Nubes
et caligo in circuitu eius
iusticia et iudicium correc
cio sedis eius. Ignis
ante ipsum precedet et infla
mabit in circuitu inimi
cos eius. Illuxerunt ful
gura eius orbi terre vidit
et commota est terra. Mon
tes sicut cera fluxerunt a
facie domini a facie domi
omnis terra. Annun
ciaverunt celi iusticiam
eius et viderunt omnes po
puli gloriam eius. Glo

fundantur omnes qui a
dorant sculptilia et qui
gloriantur in simulacris
suis. Adorate eum omnes
angeli eius. Audivit et le
tata est syon. Et exulta
verunt filie iude propter
iudicia tua domine. Quoniam
tu dominus altissimus super
omnem terram nimis ex
altatus es super omnes
deos. Qui diligitis
dominum odite malum custo
dit dominus animas sanctorum suorum
de manu peccatoris libe
rabit eos. Lux orta est
iusto et rectis corde leticia

Letamini iusti in do-
mino et confitemini me-
morie sctificacionis eius.
Gloria patri. an. Digna-
re me laudare te uirgo sa-
crata da michi uirtutem
contra hostes tuos. an.
Post partum. ps.
Cantate domino can-
ticum nouum quia mira-
bilia fecit. Saluauit
sibi dextera eius et bra-
chium scm eius. No-
tum fecit dns salutare
suum in conspectu gencium
reuelauit iusticiam suam.
Recordatus est mie

sue et ueritatis sue do
mui israel Viderunt
omnes termini terre salu
tare dei nostri Iubilate
deo omnis terra canta
te et exultate et psallite
Psallite domino in cytha
ra in cythara et uoce psal
mi in tubis ductilibus et
uoce tube cornee Iu
bilate in conspectu regis
domini moueatur mare et
plenitudo eius orbis ter
rarum et qui habitant in eo
Flumina plaudent ma
nu simul montes exul
tabunt a conspectu domini quoniam

niā uenit iudicare ter
ram. Iudicabit or
bem terrarū in iusticia
et populos in equitate.
Gloria pri. ant. Post
partum uirgo inuiola
ta permāsisti dei geni
trix intercede pro nobis
℣ diffusa est gracia in
labiis tuis propterea
benedixit te deus in et
ernū. Pater nr̄. Et ne.
Precibus et absoluc
meritis beate ma
rie uirginis et omniū
scōrū perducat nos do
minus ad regna celorū

46

Amen. Jube domine benedicere. Nos cum prole pia benedicat virgo maria Amen. Lectio prima

In omnibus requiem quesivi et in hereditate domini morabor. Tunc precepit et dixit michi creator omnium et qui creavit me requievit in tabernaculo meo. Et dixit michi. In iacob inhabita et in israel hereditare et in electis meis mitte radices. Tu autem domine miserere nobis. Deo gratias

R. Sancta et immaculata virginitas quibus te lau

dibus referam nescio quia quem
celi capere non poterant
tuo gremio contulisti. V.
Benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus ventris
tui. Quia quem. lectio sexta
Et sic in syon firmata
sum et in civitate sanctificata
similiter requievi
et in ierusalem potestas mea
Et radicavi in populo ho
norificato et in partes dei
mei hereditas illius et in
plenitudine sanctorum detencio mea.
Tu autem domine
miserere nobis. deo gratias. R.
Beata es maria que do

minū portasti creatorē
mundi genuisti qui te fe
cit et in eternū permanes
virgo. ℣ Aue maria gra
plena dñs tecum. Genu
isti qui te fecit. Jube dñe
benedicere. ℣ Per virginē
matrem concedat nobis
dñs salutem et pacē. A
Quasi ce Lectio secunda
drus exaltata sum
in libano et quasi cypres
sus in monte syon. Qua
si palma exaltata sum in
cades ⁊ quasi plantacio
rose in iherico. Quasi oli
ua speciosa in campis et

quasi platanus exaltata
sum iuxta aquas. In plate
is. sicut cynamomum et bal
samum aromatisans odo
rem dedi quasi mirra elec
ta dedi suavitatem odoris
Antiphona. Felix namque es
sacra virgo maria. et omni
laude dignissima quia ex
te ortus est sol iusticie xpistus
deus noster. Ora pro popu
lo interveni pro clero inter
cede pro devoto femineo
sexu Senciant omnes tuum iu
vamen quicunque celebrant
tuam commemoracionem. qa
Gloria patri. xpistus deus noster

Te deum laudamus
te dnm confitemur
Te eternum patrem omnis terra
ueneratur. Tibi omnes an
geli tibi celi et uniuerse po
testates. Tibi cherubin
et seraphin incessabili uo
ce proclamant. Sanctus
Sanctus. Sanctus
dominus deus sabaoth. Ple
ni sunt celi et terra maiesta
tis glorie tue. Te glorio
sus apostolorum chorus. Te
prophetarum laudabilis
numerus. Te martirum
candidatus laudat exerci
tus. Te per orbem terrarum

sancta confitetur ecclesia
Patrem immense maies
tatis. Venerandū tuū
verum et unicū filiū. Sanctum
quoq; paraclitum
spiritū. Tu rex glorie xpe
Tu patris sempiternꝰ
es filius. Tu ad liberā
dum suscepturus homi
nem nō horruisti virgi
nis uterum. Tu devic
to mortis aculeo aperui
sti credentibꝫ regna celo
rum. Tu ad dexterā dei
sedes in gloriam patris
Iudex crederis esse ven
turus. Te ergo qs fa

multis tuis subueni quos
precioso sanguine rede
misti. Eterna fac cũ
scis tuis in gloria nume
rari. Saluũ fac pplm
tuũ dne et benedic here
ditati tue. Et rege eos
et extolle eos usqz in eter
num. Per singulos
dies benedicimus te.
Et laudamus nomẽ
tuum in seculũ et in secu
lũ seculi. Dignare do
mine die isto sine pecca
to nos custodire. Mise
rere nostri dne miserere
nri. Fiat mia tua dne



super nos quẽadmodũ
sperauimus in te. In
te domine speraui non
confundar in eternũ.
Ora pro nobis sc̃a dei ge
nitrix. ℣. Ut digni efficiam̃
promissione xp̃isti.





Ad laudes



eus in adiu
torium me
um intende
Dñe ad adiu
vandum me festina. Gloria



An. Assumpta e.
ominus regnavit
decorem indutus ē indu
tus est dñs fortitudine
et precinxit se. Etenim
firmavit orbem terre q
non commovebitur. Pa
rata sedes tua ex tunc a se
culo tu es. Elevaverūt
flumina dñe elevaverūt
flumina vocē suā. Ale





uauerunt flumina fluc
tus suos a uocibus aqua
ni multarum. Mirabi
les elaciones maris mi
rabilis in altis dominus.
Testimonia tua credi
bilia facta sunt nimis do
mum tuam domine decet sc̄i
tuudo in longitudine di
erum. Gloria patri. An.
Assumpta est maria in
celum gaudent angeli
laudantes benedicunt
dominum. An. Maria. ps.
Iubilate deo omnis
terra seruite domino
in leticia. Introite i

conspcu eius in exulta
cione Scitote qm do
minus ipse est ds ipse fe
cit nos et non ipsi nos.
Populus eius et o
ues pascue eius introi
te portas eius in confes
sione atria eius in ymnis
confitemini illi Lau
date nomen eius qm
suauis est dns in eter
num mia eius et usqz in
generacione et genera
cionem ueritas eius.
Gloria patri. an. Maria
uirgo assumpta est ad e
thereum thalamum in

quo rex regum stellato
sedet solio. an. In odorem
Deus deus meus. p
ad te de luce vigilo
Sitivit in te anima me
a quam multipliciter tibi ca
ro mea. In terra deser
ta in via et inaquosa sic
in sancto apparui tibi ut
viderem virtutem tuam
et gloriam tuam. Quoni
am melior est misericordia tua su
per vitas labia mea lau
dabunt te. Sic benedi
cam te in vita mea et
in nomine tuo levabo
manus meas. Sicut

adipe et pinguedine re
pleatur anima mea ⁊ la
biis exultacionis lau
dabit os meum. Si
memor fui tui super stra
tum meum in matutinis
meditabor in te quia fu
isti adiutor meus. Et
in velamento alarum tua
rum exultabo adhesit a
nima mea post te me su
scepit dextera tua. Ipsi
vero in vanum quesierunt
animam meam introibunt
in inferiora terre traden
tur in manus gladii par
tes vulpium erunt. Rex

vero letabitur in deo lau
dabuntur omnes qui iu
rant in eo quia obstruc
tum est os loquencium
iniqua. psalmus
Deus misereatur
nostri et benedicat nobis
illuminet vultum suum sup
nos et misereatur nostri
Ut cognoscamus in t
erram viam tuam in omni
bus gentibus salutare
tuum. Confiteantur
tibi populi deus confite
antur tibi populi omnes
Letentur et exultent
gentes quia iudicas po

pulos in equitate et gē
tes in terra dirigis. Cō
fiteantur tibi populi de
us confiteantur tibi po
puli omnes terra dedit fru
ctum suum. Benedicat
nos deus deus noster bene
dicat nos deus et metu
ant eum omnes fines ter
re. Gloria patri. an. In odo
rem unguentorum tuorum
currimus adolescentu
le dilexerunt te nimis.
an. Benedicta. ps.
Benedicite omnia
opera domini domino laudate
et superexaltate eum in

secula. Benedicite an
geli domini domino be
nedicite celi dnō. Bene
dicite aque omnes que su
per celos sunt dnō. bene
dicite omnes virtutes do
mini dnō. Benedici
te sol et luna dnō. bened'
stelle celi dnō. Bened'
ymber et ros dnō. bened'
omnis sp̄s dei dnō. Be
ned' ignis et estus dnō.
bened' frigus et estas do
mino. Bened' rores et
pruina dnō. bened' gelu
et frigus dnō. Bened'
glacies et nives dnō be

ned' noctes et dies dno
Bened' lux et tenebre
domino bened' fulgura
et nubes dno Benedi
cat terra dnm laudet et su
perexaltet eum in secula
Bened' montes et col
les dno bened' uniuersa
germinancia in terra do
mino Benedicite fon
tes dno bened' maria flu
mina dno Benedicite
cete et omnia que mouent
in aquis dno benedicite
omnes volucres celi dno
Benedicite omnes bes
tie et pecora dno bened'

filij hominum dño. Benedicat israel dnm laudet et superexaltet eum in secula. Benedicite sacerdotes dni dño benedicite serui dni dño. Benedicite spūs et aīe iustorum dño benedicite sci et humiles corde dño. Benedicite anania azaria misael domino laudate et superexaltate eum i scla. Benedicamus patrem et filium cū sancto spū laudemus et superexaltemus eum in secula. Benedictus es dne in firma

mento celi laudabilis ⁊
gloriosus et superexalta
tus in secula. ant. Bene
dicta filia tua dn̄o quia
per te fructum vite cōmuni
cavimus. An. Pulcra es
Laudate dnm̄ ps.
de celis laudate e
um in excelsis. Laud'
eum oms angeli eius la
udate eum oms virtute'
eius. Laudate eu sol ⁊
luna laudate eu oms stel
le et lumen. Laudate e
um celi celorum et aque
oms que super celos sūt
laudent nomen domini

Quia ipse dixit et facta sunt
ipse mandavit et creata sunt
Statuit ea in eternum
et in seculum seculi precep
tum posuit et non prete
ribit. Laudate dominum de
terra dracones et omnes
abyssi. Ignis grando
nix glacies spiritus procella
rum que faciunt verbum
eius. Montes et omnes
colles ligna fructifera et
omnes cedri. Bestie et u
niversa pecora serpentes
et volucres pennate. Re
ges terre et omnes populi
principes et omnes iudices

terre. Iuvenes et virgi
nes senes cum iunioribus
laudent nomen domini
quia exaltatum est nomen
eius solius. Confes
sio eius super celum et ter
ram et exaltavit cornu
populi sui. Hymnus
omnibus sanctis eius filiis
israel populo appropin
quanti sibi. Psalmus
Cantate domino canti
cum novum laus eius in
ecclesia sanctorum. Letetur
israel in eo qui fecit eum
et filie syon exultent in re
ge suo. Laudent nomen
e

eius in choro in tympa
no et psalterio psallāt
ei. Quia beneplacitū
est dño in populo suo
et exaltauit mansuetos
in salutem. Exultabūt
sci in gloria letabuntur
in cubilibus suis. Exul
taciones dei in gutture
eorum et gladii ancipi
tes in manibus eorum.
Ad faciendam uindictā
in nacionibus increpaci
ones in populis. Ad
alligandos reges eorum
in compedibus et nobiles
eorū in manicis ferreis

Ut faciant in eis iudici
um conscriptum gloria
hec est omnibus sanctis eius. P
Laudate dominum in sanc
tis eius laudate e
um in firmamento virtu
tis eius. Laudate eum
in virtutibus eius. lauda
te eum secundum multitudi
nem magnitudinis eius
Laudate eum in sono
tube laudate eum in psal
terio et cythara. Laud
eum in tympano et cho
ro laudate eum in cordis
et organo. Laudate e
um in cymbalis beneso

nantibus laudate eum in
cymbalis iubilacionis
omnis spiritus laudet dominum.
Gloria patri. an. Pulcra
es et decora filia iherusalem ter
ribilis ut castrorum acies
ordinata. capitulum
Viderunt eam filie sy
on et beatissimam predica
uerunt et regine laudaue
runt eam. deo gracias. ympnus
O Gloriosa domina excel
sa supra sydera qui
te creauit prouide lactasti
sacro ubere. Quod eua
tristis abstulit tu reddis
almo germine intrent ut

astra flebiles celi fenestra
fcā es. [T]u regis alti ia-
nua et porta lucis fulgida
uitam datam per uirgine
gentes redempte plaudi-
te. Gloria tibi dñe qui
natus es de uirgine cum
patre et scō spū in sempi-
terna secula Amen. ℣ Be-
nedcā tu in mulieribus ⁊
benedcūs fructus uentris
tui. aña Beata dei
BEnedictus dñs de-
us israel quia uisitauit ⁊
fecit redempcionē plebis
sue. Et erexit cornu salu-
tis nobis in domo dauid

plebis sui. Sicut locutus
est per os sanctorum qui a
seculo sunt prophetarum
eius. Salutem ex inimi
cis nostris et de manu omnium
qui oderunt nos. Ad
faciendam misericordiam cum pa
tribus nostris et memorari
testamenti sui sancti. Ius
iurandum quod iuravit
ad abraham patrem nostrum
daturum se nobis. Ut si
ne timore de manu inimi
corum nostrorum liberati
serviamus illi. In sanc
titate et iusticia coram ipso
omnibus diebus nostris. Et

tu puer propheta altissimi
uocaberis preibis enim an
te faciem dñi parare uias
eius. Ad dandã scien
ciam salutis plebi eius
in remissionẽ peccatorum
eorum. Per uiscera mi
sericordie dei nr̃i in qui
bus uisitauit nos oriẽs
ex alto. Illuminare his
qui in tenebris et in um
bra mortis sedent ad di
rigendos pedes nr̃os in
uiam pacis. Gloria patri
an. Beata dei genitrix ma
ria uirgo perpetua templũ
dñi sacrarium sp̃s sancti

tu sola sine exemplo pla
cuisti dn̄o nr̄o ihū xp̄o o
ra pro populo interue
ni pro clero intercede pro
deuoto femineo sexu.
Kyrieleyson. Xpis
teleyson. Kyrieleyson.
Domine exaudi. Et clā
Deus qui de Oracio
beate marie uirgi
nis utero uerbū tuū an
gelo nunciante carnem
suscipere uoluisti. Pres
ta supplicibus tuis ut q
uere eam genitricem dei
credimus eius apud te
intercessionibus adiuue

mur. per eundē xp̄m do
minū nr̄m Amen. De oi
bꝰ sc̄is. an̄. Sancti dei oīs
intercedere dignemini pro
nostra omniumq; salute
Vs Letamini in dn̄o et ex
ultate iusti et gloriamī
oīs recti corde. Oremus
Protege dn̄e oro
populum tuū et a
postolorum tuorū petri
et pauli et aliorū aposto
lorum patrocinio cōfi
dentē perpetua defensio
ne conserva. oro
Omnes sancti tui q̄
sumus dn̄e nos ubiq;

adiuuent ut quorum me
rita recolimus patroci
nia senciamus. Or[atio]
Et pacē tuā nostris
concede temporibꝫ ⁊ ab
ecclesia tua cunctā repel
le nequiciā iter actus et
voluntates nr̄as et oim̄
famulorū tuorū in salu
tis tue prosperitate dis
pone benefcōribꝫ nr̄is
sempiterna bona retri
bue et omnibꝫ fidelibꝫ
defunctis requiē eternaȝ
concede. Per dn̄m nr̄m'

Ad primã



[D]eus in ad
iutoriũ me
um intẽde
Dñe ad ad
iuuandũ me festina. Gl[ori]a
[M]emento salutis
auctor quod nrĩ
quondam corporis ex
illibata uirgine nascen
do formam sumpseris.
[M]aria mater gracie
mater mĩe tu nos ab ho
ste protege in hora mor
tis suscipe. [G]loria tibi
dñe qui natus es de uir
gine cũ pr̃e et sc̃o spũ in







sempiterna secula Amen.
Anti. Assumpta est
Deus in nomine ps.
tuo saluum me fac et in vir
tute tua iudica me. De
us exaudi oracionem me
am auribus percipe verba
oris mei. Quoniam alieni
insurrexerunt adversum me
et fortes quesierunt animam
meam et non proposue
runt deum ante conspec
tum suum. Ecce enim deus
adiuvat me et dominus susce
ptor est anime mee. A
verte mala inimicis me
is et in veritate tua disp

de illos. Voluntarie
sacrificabo tibi et confite
bor nomini tuo domine quoniam
bonum est. Quoniam ex omni
tribulacione eripuisti me
et super inimicos meos
despexit oculus meus. Gloria
Benedixisti domine ps
terram tuam auer
tisti captiuitatem iacob
Remisisti iniquitatem
plebis tue operuisti omnia
peccata eorum. Mitigasti om
nem iram tuam auertisti
ab ira indignacionis tue
Conuerte nos deus sa
lutaris noster et auerte iram tu

am a nobis. Numquid
in eternum irasceris nobis
aut extendes iram tuam a ge
neracione in generacio
nem. Deus tu conuer
sus viuificabis nos et
plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis domine
misericordiam tuam et salu
tare tuum da nobis. Au
diam quid loquatur in
me dominus deus quoniam loque
tur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos
et in eos qui conuertuntur
ad cor. Verumptamen
prope timentes eum salu

tatem ipsius ut inhabitet
gloria in terra nr̃a. Mi ia
et veritas obviaverunt
sibi iusticia et pax oscula
te sunt. Veritas de ter
ra orta est et iusticia de
celo prospexit. Etenim dñ
s dabit benignitatem
et tra nr̃a dabit fructũ suũ
Iusticia ante eũ ambu
labit et ponet in via gres
sus suos. Gloria ps
Laudate dñm oẽs
gentes laudate eũ
oẽs populi. Quoniam cõ
firmata ẽ super nos mia
eius et veritas domini

manet in eternum. Glia

Ant. Assumpta est maria
in celum gaudent angeli
laudantes benedicunt do
minum. Capitulum

Que est ista que pro
greditur quasi aurora cõ
surgens pulcra ut luna
electa ut sol terribilis ut
castrorum acies ordinata.
Deo grãs. ℣. Dignare me la
udare te virgo sacrata. Da
michi virtutem contra
hostes tuos. Kyrieleysõ
xpeleysõ kyriel. Dñe exaudi

Deus qui virgi Oro
nalem aulam beate

mariem in qua habitares
eligere dignatus es da q̄
sumus ut sua nos defen
sione munitos iocundos
facies sue interesse comme
moracioni. Qui uiuis et
De omnibus sanctis. A. Sanc
ti dei omnes intercedere di
gnemini pro nostra omnium
que salute. V. Letamini in do
mino et exultate iusti. Et
gloriamini omnes recti corde
Exaudi nos deus O.
salutaris noster et apo
stolorum tuorum petri et pau
li et aliorum apostolorum nos
tuere presidiis quorum do

nasti fideles esse doctoris
OMnes sancti oro
tui quis domine nos
ubique adiuvent ut dum
eorum merita recolimus
patrocinia senciamus. O
Et pacem tuam nostris con
cede temporibus et
ab ecclesia tua cunctam
repelle nequiciam iter ac
tus et voluntates nostras
et omnium famulorum tuorum
in salutis tue prosperita
te dispone benefactori
bus nostris sempiterna
bona retribue et omni
bus fidelibus defunctis

requiē eternam concede
per dominum nostrum ihesum xpm
filium tuum qui tecum vivit
et regnat in unitate spiritus
sancti deus per omnia secula secu
lorum. Amen.






Ad terciam



[D]eus in adiu
torium me
um intende
Domine ad ad
iuvandum me festina. Gloria



[M]emento salutis
auctor quod nostri
quondam corporis ex il
libata virgine nascendo
formam sumpseris. Ma
ria mater gracie mater mi[sericordi]e
tu nos ab hoste protege
in hora mortis suscipe.



Gloria tibi domine qui na
tus es de virgine cum pa[tr]e
et sancto spiritu in sempiterna.









secula Amē. an̄ Maria
Ad dominum cum tribu
larer clamaui ⁊ ex
audiuit me. Domine li
bera aīam meā a labijs
iniquis et a lingua do
losa. Quid detur tibi
aut quid apponatur ti
bi ad linguam dolosā
Sagitte potentis acu
te cum carbonibꝰ desola
torijs. Heu michi qa
incolatus meus prolō
gatus est habitaui cū
habitantibꝰ cedar mul
tum incola fuit aīa mea
Cum hijs qui oderūt

pacem erā pacificus cū
loquebar illis impug
nabant me gratis. Glā
Levavi oculos ps
meos in montes
unde veniet auxiliū mi
Auxiliū meū a dño
qui fecit celum et terraʒ
Non det in cōmotio
nem pedem tuū neqʒ dor
mitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit
neqʒ dormiet qui custo
dit israel. Dñs custo
dit te dñs protectio tu
a super manū dexteraʒ
tuam. Per diem sol nō

uret te neq luna per noc
tem. Dns custodit te
ab omni malo custodi
at aiam tuam dns. Do
minus custodiat intro
itu tuum et exitu tuu ex
hoc nunc et usq in secl.
Gloria pri. ps
Letatus sum in hijs
que dca sunt michi in do
mo domini ibimus. Sta
tes erant pedes nri in atri
is tuis ihrlm. Ihrlm
que edificatur ut ciuita'
cuius participacio eius
in idipsum. Illud enim
ascenderunt tribus tribus

Domu testimoniu israel ad
confitendum nomini domi.
Quia illic sederunt sedes
in iudicio sedes sup do
mu david. Rogate que
ad pacem sunt ihrlm et
habundancia diligen
tibus te. Fiat pax in vir
tute tua et habundacia
in turribus tuis. Prop
ter fratres meos et proxi
mos meos loquebar pa
cem de te. Propter domu
domini dei nri quesivi bona ti
bi. Gloria patri. ant. Maria
virgo assumpta est ad ethe
reum thalamum in quo rex

regnum stellato sedet solio
Et sic in syon firma Ca
ta sum et in ciuita
te sanctificata similiter
requieui et in ihrlm po
testas mea deo gras ℣ Dif
fusa est gracia in labiis tu
is propterea benedixit te
deus in eternum Kyrieley
son. xpeleyson kyriel' Dne
exaudi. Et clor Oro
Deus qui salutis eter
ne beate marie uirginitate
fecunda humano generi
premia prestitisti tribue
quis ut ipsam pro nobis
intercedere senciamus p

quã meruimus auctorẽ
vite suscipere. Dominũ nr̃m
ihm xpm. Amẽ. De õnibꝫ
scis. Ant. Sancti dei oẽs
intercedere dignemini p
nostra omniumqꝫ salu
te. ℣ Letamini in dño et
exultate iusti et gloriamini
omnes recti corde. Oremus
Protege dñe po Or
pulum tuũ et apo
stolorum tuorũ petri et
pauli et aliorũ apostolorꝫ
patrocinio confidentẽ
perpetua defensiõe conserua
Omnes sancti tui Or
quis dñe nos ubi

q̃ʒ aduuuent ut qui cõrũ
merita recolimus patro
cinia senciamus. Oracõ

E t pacem tuã nostris
concede temporibꝰ
et ab ecclesia tua cunctaʒ
repelle nequiciã iter act⁹
et voluntates nr̃as et õ
nui famulorũ tuorũ in
salutis tue prosperitate
dispone benefcõribꝰ no
stris sempiterna bona re
tribue et omnibꝰ fidelibꝰ
defunctis requiẽ eternaʒ
concede. Per dñm nr̃m



Ad sextam



Deus in adiu
torium meum in
tende. Dñe
ad adiuuan
dum me festina. Gloria
Memento salutis
auctor quod nostri
quondam corporis ex illi
bata virgine nascendo for
mā sumpseris. Maria
mater gracie mater mie
tu nos ab hoste protege
in hora mortis suscipe
Gloria tibi dñe qui
natus es de virgine cum
patre et scō spū in sempi















terna secula. Amen. an

Ad te levavi oculos. ps.

Ad te levavi oculos meos qui habitas in celis. Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancille in manibus dñe sue ita oculi nri ad dnm deum nrm donec misereatur nri. Miserere nri domine miserere nri quia multum repleti sumus despectione. Quia multum repleta est aia nra obprobrium habundantibus et despectio super

bis. Gloria pri. ps.
Nisi quia dns erat
in nobis dicat nc
israel nisi quia dns erat
in nobis. Cum exurge
rent homines in nos
forte vivos deglutissent
nos. Cum irasceretur
furor eorum in nos forsi
tan aqua absorbuisset
nos. Torrentem per
transivit aia nra forsitã
pertransisset anima nra
aquam intollerabilem
Benedictus dns qui nõ
dedit nos in captione
dentibus eorum. Anima





nr̄a sicut passer erepta ē
de laqueo venancium. La
queus contritus est ⁊ nos
liberati sumus. Adiuto
rium nr̄m in nōīe dn̄i q
fecit celum et terram. Gl̄a
Qui confidunt. ps
in dn̄o sicut mōs
syon non cōmouebitur
in eternū qui habitat in
ihr̄lm. Montes in cir
cuitu eius et dn̄s in circu
itu populi sui ex hoc nunc
et usq; in seculum. Qui
a non relinquet dn̄s uir
gam peccatorum super
sortem iustorum ut nō ex

tendant iusti ad iniquita
tem manus suas. Bene
fac domine bonis et rectis cor
de. Declinantes autem
in obligaciones addu
cet dominus cum operantibus
iniquitatem pax super
israel. Gloria patri. anth.
In odorem unguentorum
tuorum currimus adole
scentule dilexerunt te nimis.
Et radicavi in capit.
populo honorifica
to et in partes dei mei he
reditas illius et in pleni
tudine sanctorum detencio
mea. Deo gratias. V. Benedicta

tuum mulieribus et bene
dictus fructus uentris
tui. ihesus christus. ihesus. D
omine exaudi. Et cl
amor meus ad te ueniat. Oremus
Concede misericors deus fragilitati no
stre presidium ut qui sa
cte dei genitricis marie
memoriam agimus inter
cessionis eius auxilio a
nostris iniquitatibus resur
gamus. Per eundem christum
De omnibus sanctis an. Sanc
ti dei omnes intercedere
dignemini pro nostra om
niumque salute. V. letami
ni in domino et exultate ius

ri et gloriamini omnes re
cti corde. Oremus
[E]xaudi nos deus Or
salutaris nostri et apostolorum
tuorum petri et pauli et ali
orum apostolorum nos tue
re presidiis quorum dona
sti fideles esse doctrinis
[O]mnes sancti Oro
tui quesumus domine nos
ubique adiuvent ut dum
eorum merita recolimus
patrocinia senciamus
[E]t pacem tuam nostris con
cede temporibus et
ab ecclesia tua cunctam repel
le nequiciam iter actus et

voluntates nrās et oim
famulorū tuorū in salu
tis tue prosperitate dis
pone beneficorū nostris
sempiterna bona retribu
e et omnibꝰ fidelibꝰ de
functis requiē eternam
concede Per dominū nrm


























Ad nonam

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuvandum me festina. Gloria

Memento salutis auctor quod nostri quondam corporis ex illibata virgine nascendo formam sumpseris. Maria mater gratie mater misericordie tu nos ab hoste protege in hora mortis suscipe.

Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre et sancto spiritu in sempi

terna secula A. an. pulc̄
In convertendo
dñs captivitatē
syon facti sumus sicut
consolati. Tunc re
pletum est gaudio os
nrm et lingua nrā exul
tacione. Tunc dicent
inter gentes magnifi
cavit dñs facere cū eis
Magnificavit dñs
facere nobiscū fcī sum⁹
letantes. Converte
re dñe captivitatē no
stram sicut torrens in
austro. Qui seminat
in lacrimis in exultaci

one metent. Euntes
ibant et flebant mittē
tes semina sua. Veni
entes autē uenient cū
exultacione portātes
manipulos suos. Gla
Nisi dns edifica ps
uerit domū in ua
num laborauerit qui
edificant eā. Nisi dns
custodierit ciuitatē fru
stra uigilat qui custodit
eam. Vanū est uobis
ante lucem surgere sur
gite postq̄ sederitis q̄
manducatis panē do
loris. Cum dederit

dilectis suis sompnum:
ecce hereditas domini filii
merces fructus ventris
Sicut sagitte in ma-
nu potentis: ita filii ex-
cussorum. Beatus
vir qui implevit desi-
derium suum ex ipsis non con-
fundetur cum loquetur
inimicis suis in porta. Gloria patri. ps.
Beati omnes qui timent
dominum qui ambulant in
viis eius. Labores
manuum tuarum quia man-
ducabis beatus es et be-
ne tibi erit. Uxor tua



sicut vitis habundans
in lateribus domus tue
Filii tui sicut novelle
olivarum in circuitu men
se tue. Ecce sic benedi
cetur homo qui timet
dominum. Benedicat tibi
dominus ex syon et videas bo
na iherusalem omnibus diebus
vite tue. Et videas fili
os filiorum tuorum
pacem super israel. Gloria
ant Pulcra es et decora
filia iherusalem terribilis ut
castrorum acies ordinata
In plateis Capitulum
Sicut cynamomum

et balsamũ aromatizãs
odorem dedi quasi mirra e
lecta dedi suauitatẽ odo
ris. Deo grãs. ℣ Post partũ
uirgo inuiolata perman
sisti dei genitrix intercede
pro nobis. R Kyriel' xp̄e
leysõ kyriel' Pr̄ nr̄. Et ne.
Famulorũ tuorũ o
q̄s dñe delictis
ignosce ut qui tibi place
re de actibus nr̄is nõ ualemus
genitricis filii tui dñi dei
nr̄i intercessione saluemur
Per eundẽ xp̄m dñm nr̄m
Amẽ. De omnibus sc̄is. An
Sc̄i dei omnes intercedere

dignemini pro nra omi
qz salute ℣ letamini i do
mino et exultate iusti Et
gloriamini omnes recti corde
Presta quis om or
nipotens ds ut nul
lis nos permittas pertur
bacionibus concuti quos
in apostolice confessionis
petra solidasti. oracio
Omnes sci tui quis
dne nos ubiqz adiu
uent ut dum eorum merita
recolimus patrocinia se
ciamus oracio
Da pacem tuam nostris
concede temporibus et ab

ecclesia tua cunctā repelle
nequiciā iter actus et vo
luntates nr̄as et oīm fa
mulorū tuorū in salutis
tue prosperitate dispone
benefactoribus nr̄is sempit
na bona retribue et ōnibus
fidelibus defunctis requiē
eternam concede. Per om




















Laudate pueri dominum
laudate nomen domini
Sit nomen domini benedi
ctum ex hoc nunc et usque
in seculum. A solis or
tu usque ad occasum lau
dabile nomen domini. Ex
celsus super omnes gentes
dominus et super celos gloria
eius. Quis sicut dominus
deus noster qui in altis ha
bitat et humilia respicit
in celo et in terra. Susci
tans a terra inopem et de
stercore erigens pauperem
Ut collocet eos cum
principibus cum princi

pibus populi sui. Qui
habitare facit sterilem
in domo matrem filio
rum letantem. Gloria
Ant. Leva eius sub capi
te meo et dextera illius
amplexabitur me. Ant.
Nigra sum. Psalmus.
Letatus sum in hiis
que dicta sunt michi in do
mum domini ibimus. Stan
tes erant pedes nostri in a
triis tuis ihrlm. Ihe
rusalem que edificatur
ut civitas cuius parti
cipacio eius in idipsum. Il
luc enim ascenderunt tri

bꝫ tribꝫ dñi testimoniũ
israel ad confitendũ no
mini dñi. Quia illic se
derunt sedes in iudicio
sedes super domũ david
Rogate que ad pacẽ
sunt ihrlm et habundã
cia diligentibꝫ te. Fi
at pax in virtute tua ⁊ ha
bundancia in turribꝫ tu
is. Propter fratres me
os et proximos meos lo
quebar pacem de te. Pro
pter domũ dñi dei nri q
sivi bona tibi. Gloria pri.
ant. Nigra sum sed for
mosa filia ihrlm ideo di

lexit me rex et introdux
it me in cubiculū suū.
Ant. Iam hyemps
Nisi dominus edifica
uerit domum in vanum la
boraverunt qui edifi
cant eam. Nisi dominus
custodierit civitatem
frustra vigilat qui cus
todit eam. Vanum est
nobis ante lucem surge
re surgite postquam sederi
tis qui manducatis pa
nem doloris. Cum de
derit dilectis suis sop
num ecce hereditas do
mini filii merces fruc

tus uentus Sicut sa
gitte in manu potentis
ita filij excussorum Be
atus uir qui impleuit
desideriu suu ex ipsis no
confundetur cum loq
tur inimicis suis i por
ta. Gloria pri. an Iam
hyems transijt ymber
abijt et recessit surge a
mica mea et ueni. ant
Speciosa ps
Lauda iherusalem do
minum lauda deum tuum
syon Quoniam conforta
uit seras portarum tuaru
benedixit filijs tuis in

te Qui posuit fines tu
os pacem et adype fru
menti saciat te Qui e
mittit eloquiū suū terre
velocit' currit sermo e
ius Qui dat nivē sicut
lanam nebulā sicut ci
nerem spargit Mittit
cristallum suū sicut buc
cellas ante faciē frigoris
eius quis sustinebit E
mittet verbum suū et li
quefaciet ea flavit sps
eius et fluent aq Qui
annunciat verbum suū
iacob iusticias et iudici
a sua israel Non fecit

taliter omni nacioni et
iudicia sua non manife
stavit eis. Gloria. an.
Speciosa facta es et suavis
in deliciis tuis sancta dei
genitrix. Capitulum.
Ab inicio et ante se
cula creata sum et usque
ad futurum seculum non de
sinam et in habitacione
sancta coram ipso ministravi.
Ave maris stella ys.
dei mater alma at
que semper virgo felix celi
porta. Sumens illud
ave gabrielis ore funda
nos in pace mutans no

men eue Solue vin
cla reis profer lumē ce
cis mala nr̄a pelle bona
cuncta posce Monstra
te esse matrem sumat p
te precem qui pro nobis
natus tulit esse tuus
Virgo singularis in
ter omnes mitis nos cul
pis solutos mites fac
et castos Vitam pre
sta purā iter para tutū
ut videntes ihm̄ semper
colletemur Sit laus
deo patri summo xp̄o de
cus spiritui sancto ho
nor tribus et unus. A

℟ Diffusa est grã in labi
is tuis propterea bene
dixit te deus in eternũ
Ant Beata mu. Ps
Magnificat aĩa mea
dñm Et exultauit
sp̃s meus in deo saluta
ri meo. Quia respex
humilitatem ancille
sue ecce enim ex hoc be
atam me dicent oĩs
generaciones. Quia
fecit michi magna q
potens est et scm̃ nomẽ
eius. Et mĩa eius a
progenie in progenies
timentibus eiꝫ. Fecit

potenciã in brachio suo
dispersit superbos men
te cordis sui. Deposu
it potentes de sede & ex
altavit humiles. Esu
rientes implevit bõis
et divites dimisit ina
nes. Suscepit israel
puerum suum recordat᷒
misericordie sue. Si
cut locutus est ad pa
tres nostros abraham
et semini eius in secula
Gloria patri. anth
Beata mater et innupta
virgo gloriosa regina
mundi intercede pro

87

nobis ad dominum. Kyrie
leyson. xpeleyson. Kyrie
leyson. Domine exaudi. Et clamor.
Concede nos fa
mulos tuos que
sumus domine deus p
petua mentis et corpo
ris salute gaudere et glo
riosa beate marie semp
virginis intercessione
a presenti liberari tristi
cia et eterna perfrui leti
cia. Per dominum nostrum ihesum
De omnibus sanctis. A. Sanc
ti dei omnes intercedere
dignemini pro nostra om
niumque salute. V. Letami

ni in dn̄o et exultate
iusti Et gloriamini oēs
recti corde. Oremus oꝛ
Protege dn̄e pplm
tuū et aplorū tuo
rum petri et pauli et ali
orū apostolorū patro
cinio confidentē ꝑpe
tua defensione ꝯserua
Omnes sci tui qs ō
dn̄e nos ubiqꝫ ad
iuuent ut dū eorū me
rita recolimus patroci
nia senciamus ō
Et pacem tuā nris
concede temporibꝰ et
ad ecclesia tua cunctā








Eus in adiu-
toriu meuz
intende dne
ad adiuuan
dum me festina. Gl'a






Dum esset
Dixit dns dno meo
sede a dextris meis. Do
nec ponam inimicos tu
os scabellum pedu tuor.
Virgam virtutis tue
emittet dns ex syon domi
nare in medio inimicor
tuorum. Tecum prin
cipiu in die virtutis tue
in splendoribus scoruz ex














utero ante luciferum ge
nui te. [I]uravit dn̄s et
non penitebit eum tu es
sacerdos in eternū secun
dum ordinē melchisedech
[D]n̄s a dextris tuis co
fregit in die ire sue reges
[I]udicabit in nacioi
bus implevit ruinas co
quassabit capita in terra
multorum [D]e torrē
te in via bibet propterea
exaltabit caput [G]loria
ant Dum esset rex in accu
bitu suo nardus mea de
dit odorem suavitatis.
ant Leva eius. ps̄.

repelle nequiciā iter act(us)
et uoluntates nostras
et omni famulorum tuorum
in salutis tue prosperi
tate dispone benefactori
bus nris sempiterna bo
na retribue et omnibus
fidelibus defunctis requie(m)
eternā concede p(er) omn



Ad cõpletoriũ



Onverte
nos deus
salutaris
nr. Et aver
te iram tuam a nobis. D
Eus in adiutoriũ me
um intende. Dñe ad adiu
vandum me festina. Glã.
Ps.
Sepe expugnaverunt
runt me a iuventute
mea dicat nunc isrl. Se
pe expugnaverunt me a
iuventute mea etenim non
potuerunt michi. Su
pra dorsũ meũ fabricave
runt peccatores prolon











gauerunt iniquitatē su
am Dns iustus cōci
det ceruices peccatorū
confundantur et conuer
tantur retrorsum omnes qui
oderunt syon Fiant si
cut fenū tectorū quod pri
usqz euellatur exaruit de
quo non impleuit manum
suam qui metet et sinū su
um qui manipulos col
liget Et non dixerunt
qui preteribant benedic
tio domini super vos be
nediximus vobis in no
D mini Gloria pri
e profundis. ps

clamaui ad te dñe dñe ex
audi vocem meã Fiant
aures tue intendentes i
vocem deprecacionis mee
Si iniquitates obser
uaueris dñe dñe quis
sustinebit Quia apud
te propiciacio est et pro
pter legem tuã sustinui
te dñe Sustinuit aĩa
meam in verbo eius spera
uit aĩa mea in dño A
custodia matutina usqꝫ
ad noctem speret israel in
dño Quia apud dñm
mĩa et copiosa apud eũ
redempcio Et ipse redi

met israel ex omnibus ini
quitatibus eius. Gloria

Domine non
est exaltatum cor me
um neque elati sunt oculi
mei. Neque ambulavi i
magnis neque in mirabi
libus super me. Si non
humiliter sentiebam sed
exaltavi animam meam. Si
cut ablactatus est super
matre sua ita retributio
in anima mea. Speret
israel in domino ex hoc
nunc et usque in seculum.
Gloria patri. Sicut
erat in principio. Ps.

Memento salutis auctor quod nostri quondam corporis ex illibata virgine nascendo formam sumpseris. Maria mater gratie mater misericordie tu nos ab hoste protege in hora mortis suscipe. Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen. Capitulum

Ego mater pulchre dilectionis et timoris et magnitudinis et sancte spei deo gratias. Ora pro nobis sancta dei genitrix. Ut digni efficiamur promissionibus christi

N Añ. Sub tuũ Cãt.
unc dimittis seruũ
tuũ dñe secundũ uerbum
tuũ in pace. Quia uide
runt oculi mei salutare
tuũ. Quod parasti an
te faciem omniũ pplorũ
Lumen ad reuelacio
nem gencium et gloriã
plebis tue israel. Gloria
Añ. Sub tuum presidi
um confugimus scã dei
genitrix nostras depreca
ciones ne despicias in ne
cessitatibꝫ nris sed a peri
culis cunctis libera nos
semper uirgo benedicta





Kyrieleyson xpe l' kyrie
leyson. Dn̄e exaudi et cl'
Beate et gloriose ō
semper virginis
marie quis dn̄e ut inter
cessio gloriosa nos prote
gat et ad vitā eternā pducat
De omibꝫ scis. an. Sancti
dei omis intercedere dig
nemini pro nra omiuq;
salute. V. letamini in do
mino et exultate iusti et
gloriamini omnes rec
ti corde. Oremus
Exaudi nos ds ō
salutaris nr̄ et apostolo
rum tuorum petri ⁊ pau

liceat aliorum apostolorum nos tue
re presionis quorum dona
sti fideles esse doctrinis. ō
Omnes sancti tui qs
domine nos ubique adiu
uent ut dum eorum merita
recolimus patrocinia se
ntiamus Oracio.
Et pacem tuam nobis
concede temporibus et ab
ecclesia tua cunctā repelle
nequiciā iter actus et vo
luntates nr̄as et omnium
famulorum tuorum in sa
lutis tue prosperitate dis
pone benefactoribus nostris
sempiterna bona retribue

et omnibꝰ fidelibꝰ defunc
tis requiē eternā concede
Per dnm nr̄m ihm
Salue regina mise
ricordie. Vita dul
cedo et spes nr̄a salue. Ad
te clamamus exules filij
eue. Ad te suspiramus ge
mentes et flentes in hac
lacrimarum ualle. Eya er
go aduocata nr̄a illos tu
os misericordes oculos
ad nos conuerte. Et ihm
benedictū fructū uentris
tui nobis post hoc exili
um ostende. O clemens
o pia. o dulcis maria Vs

Aue maria gr̃a plena do
minus tecum. Orõ
Omnipotens sempiter
ne deus qui gloriose uir
ginis et matris marie cor
pus et aīam ut dignū fi
lii tui habitaculū effici
mereretur spū scō coope
rante mirabiliter prepa
rasti da ut cuius cōme
moracione letamur eius
pia intercessione ab istā
tibꝫ malis et a morte per
petua liberemur. Per eū
dem xp̄m dnm̄ nostrū. Ame

Incipit officium beate marie quod dicitur per totum adventum. Ad vs

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuvandum me festina. Gloria patri.

An Missus est. psalmus

Dixit dominus domino meo. i

Missus est angelus gabriel ad mariam virginem desponsatam ioseph. an.

Ave maria. ps Laudate pueri. an Ave maria gratia plena dominus tecum benedi

cta tu in mulieribꝫ all'a.
ant. Ne timeas. ps. Le
tatus sum. an. Ne timeas
maria invenisti graciam a
pud deum ecce concipies
et paries filium all'a. an.
Dabit ei. ps. Nisi do
minus edificaverit. ant.
Dabit ei dns deus sedem
david pris eius et regna
bit in domo iacob in eter
num. an. Ecce ancilla. ps.
Lauda ihrlm dnm. an.
Ecce ancilla dni fiat m se
cundum verbum tuum. cap.
Egredietur virga de
radice yesse et flos

de radice eius ascendet et re
quiescet super eum sps dñi.
deo gras. ymnus Ave maris
stella. ℣ Diffusa est. añ Sps
sanctus ps Magt aia
ant. Sps sanctus in te des
cendet maria ne timeas ha
bebis in utero filium dei
all'a. Kyriel' xpel' kyriel'
Dne exaudi Et clor. Oratio
Deus qui de bte marie
[illegible] Ecce dns ve
niet et omnis sancti eius cu
eo et erit in die illa lux mag
na all'a. ℣ Ecce apparebit do
minus super nubem candi
dam et cu eo scorum milia

Conscienciās nostras
quesumus domine visitando
purifica ut veniens ihesus
christus filius tuus dominus noster
cum omnibus sanctis paratam
sibi in nobis inveniat man-
sionem. Qui tecum vivit

Hec dicuntur oraciones cum
commemoracione de ad-
ventu ad omnes horas
pro toto adventu. Ad co

Sepe expugnaverunt ps.
De profundis clamavi ps.
Domine non est exaltatum ps.
Memento salutis. Cap.
Ecce virgo concipi-
et et pariet filium &c.

uocabitur nomen eius e
manuel butyrum et mel
comedet ut sciat repro ba
re malum et eligere bonu
deo gr̄s. ℣ Angelus dn̄i
nunciauit marie et conce
pit de spiritu sco an Sp̄s scs
Can Nunc dimittis
Oraciones et comemo
raciones ut in vesperis
Ad matut Inuitatoriu
Aue maria. ps Veni
te exultemus. Quē
terra. ant psi et ℣s ut in
alio officio cum absolucio
one et benedictionibus no
minantur usque ad lectes

Missus est angelus ga
briel a deo in civitatem
galilee cui nomen nazareth
ad virginem desponsatam
viro cui nomen erat ioseph
de domo david et nomen
virginis maria. Et ingres
sus angelus ad eam dixit
Ave gracia plena dominus tecum
benedicta tu in mulieribus
Tu autem domine miserere nobis.
Deo gracias. R. Missus est ga
briel angelus ad mariam
virginem desponsatam ioseph
nuncians ei verbum et ex
pavescit virgo de lumine
Ne timeas maria invenisti

graciam apud deum.
Ecce concipies et paries
filium et vocabitur altis
simi filius. V. Dabit ei
dñs deus sedem david
patris eius et regnabit i
domo iacob in eternum.
Ecce concipies. R.
Que cum audisset tur
bata est in sermone eius
et cogitabat qualis esset
ista salutacio. Et ait ãgls
ei. Ne timeas maria inve
nisti enim graciam apd
dñm. Ecce concipies in
utero et paries filiu͞ʒ et
vocabis nomen eius

ihm. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem david patris eius et regnabit in domo iacob in eternum et regni eius non erit finis. Tu autem. R. Ave maria gracia plena dominus tecum. Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius dei. V. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Et respondens angelus dixit ei. Quod

Dixit autē. lcō tercia
maria ad angelū
Quomodo fiet istud
qm̄ virū non cognosco
Et respondens angelus
dixit ei. Sp̄s sanctus su
perueniet in te et virtus
altissimi obumbrabit
tibi. Ideoqȝ et quod nasce
tur ex te sc̄m uocabitur
filius dei. Et ecce eliça
beth cognata tua et ipsa
concepit filiū in senectu
te sua. Et hic mensis est
sextus illi que uocatur
sterilis quia non erit im
possibile apud deū oē

verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini fiat michi secundum verbum tuum. Tu a

R. Suscipe verbum virgo maria quod tibi a domino per angelum transmissum est. Concipies deum pariter et hominem Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. V. Paries quidem filium et virginitatis non pacieris detrimentum. efficieris gravida et eris mater semper intacta. Ut benedicta. Gloria Ut benedicta. In laudibus a. Missus est. ps. Dominus



regnauit. an. Aue maria
ps. Iubilate deo
an. Ne timeas. ps. De
us deus meus. ps. De
us misereatur. an. Da
bit ei. ps. Benedici
te omnia. an. Ecce ancilla
ps. Laudate dnm
ps. Cantate dno
ps. Laudate dnm
ys. Virgo dei genitrix. an. Virga
ys. O gloriosa dna
ys. Benedicta tu. an.
Sps scs. ps. Benedi
ctus. Oraciones et co
memoraciones ut in vis
Ad primam ymns ut an

Missus est. ps[almi] ut s[upra]. ca[pitulum]
Ecce uirgo concipiet
Ad terciam ymnus ut. cap
Aue maria. psalmi ut. ca
Egredietur uirga. de
Ad sextam ymnus ut. an
Ne timeas. ps ut. cap
Dabit ei d[omi]n[u]s deus se
dem dauid patris ei[us]
et regnabit in domo ia
cob in eternu[m] et regni ei[us]
non erit finis. Deo gr[aci]as. Vs
Benedicta tu. Oraciones et
commemoraciones ut. Ad nonam
ymnus ut. an Ecce ancilla
ps ut. cap Ecce uir
go concipiet. Vs Angelus

viii. Oraciōes et cōmēcoēs
iii. vespere et compl' ut s̃
Ab octava nativitatis do
mini usq; ad festū purifi
cacionis dicitur officiū
beate marie sicut ab oct' pen
th' usq; ad adue't' excepto q
i oib; hōis pua erit hec ō
Deus qui salutis et
ternā ad vesperas ad lau
des et ad oēs alias hōs
dicuntur anth' q̄ sequit' a
O admirabile cōmerci
um creator generis hu
mani animatū corpus
sumens de virgine nasci
dignatus est et procedēs

homo sine semine largi
tus est nobis suā deitatē
Aū Quando natus es in
effabiliter de virgine tunc
implete sunt scripture
sicut pluuia in vellus de
scendisti ut saluū facere
genus humanū te lau
damus deus nr̄ aū. Ru
bum quem viderat moy
ses incombustum cōser
uatam agnouimus tuā
laudabilem virginitatē
dei genitrix intercede pro
nobis. aū. Germinauit
radix yesse orta est stella ex
iacob virgo peperit salua

torem te laudamus deus
nr. an. Ecce maria genuit
nobis salvatoré quez io
hannes videns exclama
bat dicens ecce agnus dei
ecce qui tollit peccata mu
di allla. ad benedcs. An
Mirabile misterium decla
ratur hodie innovantur
nature deus homo fcus
est id quod fuit perman
sit et quod non erat as
sumpsit non cōmixtio
nem passus neqꝫ divisi
onem. ad magt et ad nc
dimittis dicitur hec an
Magnū hereditatis mis

teruu̅ templum dei fcm
est uterus nesciens vi
rum non est pollutus
ex ea carnem assumens
omnes gentes venient
dicentes gloria tibi dn̄e
Ab oct' pasche usqz ad as
censioe̅ dn̄i fit officiu̅ be
marie sicut ante adve̅t'
excepto q̄ ad benedictus ad
mgt et ad nuc dimit' dr̄ hā
Regina celi letare alla
Quia que meruisti por
tare alla. Resurrexit sic
dixit alla. Ora pro nobis
deum alla.







Incipiunt septem psal
mi penitentiales. Ant
Ne reminiscaris. Psalmus

Domine ne i
furore tuo ar
guas me ne
que in ira tua
corripias me
Miserere mei domine quoniam
infirmus sum sana me do
mine quoniam conturbata sunt
ossa mea. Et anima mea
turbata est valde sed tu do
mine usquequo. Conver
tere domine et eripe animam
meam salvum me fac prop
ter misericordiam tuam. Quoniam

am non est in morte qui
memor sit tui in inferno
autem quis confitebi
tur tibi. Laboravi in
gemitu meo lavabo per
singulas noctes lectū
meum lacrimis meis
stratum meum rigabo
Turbatus est a furore
oculus meus inveteravi
vi inter omnes inimicos
meos. Discedite a me
omnes qui operamini in
iquitatē quoniam exaudivit
dominus vocem fletus mei
Exaudivit dominus depre
cationem meam dominus ora

ciõnẽ meã suscepit. Eru
bescant et cõturbentur
uehementer oĩs inimi
ci mei conuertantur et
erubescant ualde uelo
citer. Gloria pri ps
Beati quorũ remis
se sunt iniquitates et q
rum tecta sunt peccata.
Beatus uir cui nõ im
putauit dñs pccm̃ nec e
in spũ eius dolus. Quĩ
taciu inueterauerunt os
sa mea dum clamarẽ to
ta die. Qm̃ die ac nocte
grauata est super me ma
nus tua conuersus sũ

in erumpna mea dum cō
figitur spina. Delictum
meum cognitum tibi fe
ci et iniusticiā meā nō ab
scondi. Dixi confitebor
adversum me iniusticiā
meā dn̄o et tu remisisti im
pietatem pc̄ci mei. Pro
hac orabit ad te om̄is sc̄s
in tempore oportuno. Ve
rumptamen in diluvio
aquarum multarū ad e
um non approximabunt.
Tu es refugium meū
a tribulacione que circū
dedit me exultacio mea
eripe me a circumdātibꝰ

me. Intellc̄m tibi dabo
et instruam te in via hac
qua gradieris firmabo
super te oculos meos. No
lite fieri sicut equus et mu
lus quib9 non est intelle
ctus. In chamo et fre
no maxillas eorum con
stringe qui non approxi
mant ad te. Multa fla
gella peccatoris sperātē
autem in dn̄o miseri cor
dia circumdabit. Leta
mini in dn̄o et exultate
iusti et gloriamini om̄s
recti corde. Gloria.
Domine ne in. ps

furore tuo arguas me
neq in ira tua corripias
me Qm sagitte tue in
fixe sunt m et confirmas
ti super me manū tuam
Non est sanitas i car
ne mea a facie ire tue nō
est pax ossib meis a faci
e peccatorū meorū Qm
iniquitates mee super
gresse sunt caput meuz
et sicut onus grave gra
vate sunt super me Pu
truerunt et corrupte sunt
cycatrices mee a facie in
sipiencie mee Miser
factus sum et curvatus

sum usqꝫ in finem tota
die contristatus ingre
diebar. Quoniam lumbi mei
impleti sunt illusionibꝫ
et non est sanitas in car
ne mea. Afflictus sum
et humiliatus sum nimis
rugiebam a gemitu cor
dis mei. Domine ante te
omne desiderium meum et
gemitus meus a te non
est absconditus. Cor
meum conturbatum est
dereliquit me virtus me
a et lumen oculorum meo
rum et ipsum non est me
cum. Amici mei ⁊ pro



ximi mei adversum me ap
propinquaverunt et ste
terunt. Et qui iuxta me
erant de longe steterunt
et vim faciebant qui quere
bant animam meam. Et
qui inquirebant mala
michi locuti sunt vani
tates et dolos tota die
m cogitabantur. Ego au
tem tamquam surdus
non audiebam et sicut
mutus non aperiens
os suum. Et factus
sum sicut homo non au
diens et non habens i
ore suo redargutiones

Quoniam in te domine spera-
ui tu exaudies me domine de-
us meus. Quia dixi
nequando supergaude-
ant michi inimici mei et
dum commouentur pedes
mei super me magna locu-
ti sunt. Quoniam ego in flage-
lla paratus sum et dolor
meus in conspectu meo
semper. Quoniam iniquita-
tem meam annunciabo
et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei vi-
uunt et confirmati sunt su-
per me et multiplicati sunt
qui oderunt me inique

P01

Qui retribuunt mala
pro bonis detrahebant
michi quia sequebar bo
nitatem. Ne derelinquas
me domine deus meus ne
discesseris a me. Inte
de in adiutorium meum
domine deus salutis mee.
Miserere mei deus ps
secundum magnam
misericordiam tuam. Et
secundum multitudinem
miseracionum tuarum dele
iniquitatem meam. Am
plius lava me ab iniqui
tate mea et a peccato meo
munda me. Quoniam iniq

tatem meam ego cognos
co et peccatum meum contra
me est semper. Tibi so
li peccavi et malum coram
te feci ut iustificeris in ser
monibus tuis et vincas
cum iudicaris. Ecce e
nim in iniquitatibus con
ceptus sum et in peccatis
concepit me mater mea
Ecce enim veritatem
dilexisti incerta et occul
ta sapiencie tue manifes
tasti michi. Asperges
me domine ysopo et mun
dabor lavabis me et super nivem
dealbabor. Auditui

meo dabis gaudium et leti
ciam et exultabunt ossa
humiliata. Auerte fa
ciem tuam a peccatis me
is et omnes iniquitates
meas dele. Cor mundum
crea in me deus et spiritum re
ctum innoua in uisceri
bus meis. Ne proici
as me a facie tua et spiritum
sanctum tuum ne aufe
ras a me. Redde mihi le
ticiam salutaris tui et spi
ritu principali confirma
me. Docebo iniquos
uias tuas et impii ad te
conuertentur. Libera



me de sanguinibus deus de
us salutis mee et exulta
bit lingua mea iusticiam
tuam. Domine labia
mea aperies et os meum
annunciabit laudem tuam
Quoniam si voluisses sacri
ficium dedissem utique
holocaustis non delecta
beris. Sacrificium deo
spiritus contribulatus cor
contritum et humilia
tum deus non despici
es. Benigne fac domine
in bona voluntate tua sy
on ut edificentur muri
ihrlm. Tunc accep

tabis sacrificium iusticie
oblaciones et holocau
sta tunc imponent super
altare tuum vitulos
Domine exaudi o
racionem meam
et clamor meus ad te ve
niat Non avertas fa
ciem tuam a me in qua
cunque die tribulor incli
na ad me aurem tuam In
quacunque die invocave
ro te velociter exaudi me
Quia defecerunt sicut
fumus dies mei et ossa
mea sicut cremium arue
runt Percussus sum

ut fenum et aruit cor meum
quia oblitus sum com
medere panem meum
A voce gemitus mei
adhesit os meum carni
mee. Similis factus
sum pellicano solitudi
nis factus sum sicut
nicticorax in domicili
o. Vigilavi et factus sum
sicut passer solitarius
in tecto. Tota die ex
probrabant michi in
imici mei et qui lauda
bant me adversum me
iurabant. Quia cyne
rem tamquam panem

manducabam et potum
meum cum fletu miscebam
A facie ire et indignaci
onis tue quia elevans
allisisti me. Dies mei
sicut umbra declinaue
runt et ego sicut fenum a
rui. Tu autem domine in
eternum permanes et me
moriale tuum in gene
racione et generacionem
Tu exurgens domine mise
reberis syon quia tempus
miserendi eius quia ve
nit tempus. Quoniam pla
cuerunt servis tuis la
pides eius et terre eius

miserebuntur. Et ti
mebunt gentes nomē
tuum dñe et omēs regē
terre gloriam tuā. Quī
a edificauit dñs syon et
uidebitur in gloria sua.
Respexit in oracionē
humilium et non spre
uit precem eorum. Scri
bantur hec in generacione
altera et populus qui cre
abitur laudabit dominum.
Quia prospexit de excel
so sancto suo dñs de ce
lo in terram aspexit. Ut
audiret gemitus compe
ditorum ut solueret fili

os interemptorum. Ut
annuncient in syon no
men domini et laudem eius
in ierusalem. In conve
niendo populos in u
num et reges ut serviant
domino. Respondit
ei in via virtutis sue pau
citatem dierum meorum
nuncia michi. Ne re
voces me in dimidio di
erum meorum in gene
racione et generacionem
anni tui. Inicio tu
domine terram fundasti et o
pera manuum tuarum sunt
celi. Ipsi peribunt tu

antem permanes et oēs
sicut uestimentū veterasc
cent. Et sicut opertori
um mutabis eos et mu
tabuntur tu autē idem
ipse es et anni tui non de
ficient. Filii seruorum
tuorum habitabunt et
semen eorum in seculū
dirigetur. Gloria patri
Domine exaudi
oracionem meā
auribus percipe obsecraci
onē meam in ueritate tu
a exaudi me in tua iusticia
a. Et non intres in iu
dicium cum seruo tuo

quia non iustificabitur
in conspectu tuo omnis
viuens. Quia persecu
tus est inimicus anima
meam humiliauit in ter
ra uitam meam. Col
locauit me in obscuris
sicut mortuos seculi et
anxiatus est super me spiritus
meus in me turbatum est
cor meum. Memor fui
dierum antiquorum medi
tatus sum in omnibus
operibus tuis in factis
manuum tuarum medita
bar. Expandi manus
meas ad te anima mea

115

Sicut terra sine aqua tibi
Velociter exaudi me
domine defecit sp̄s meus
Non auertas faciē tu
am a me et similis ero de
scendentibus in lacū. Au
ditam fac michi mane mi
sericordiam tuā quia in
te speraui. Notam fac
michi uiam in qua ambu
lem quia ad te leuaui ai
mā meā. Eripe me de
inimicis meis dn̄e ad
te confugi doce me facere
voluntatem tuā quia deus
meus es tu. Sp̄s tuus
bonus deducet me in ter

ram rectam propter no
men tuum domine vivificabis
me in equitate tua. Edu
ces de tribulacione animam
meam et in misericordia tua disper
des omnes inimicos me
os. Et perdes omnes qui
tribulant animam meam quoniam
ego servus tuus sum. Gloria.
Anth. Ne reminiscaris do
mine delicta nostra et paren
tum nostrorum neque vindic
tam sumas de peccatis nostris.
Kyrieleyson. Letania
Christeleyson. Christe
audi nos. Christe exaudi
nos. Pater de celis deus

miserere nobis. Fili
redemptor mundi deus
miserere nobis. Sps
sancte deus miserere no
bis. Scā trinitas vnus
deus miserere nobis.
Scā maria. ora pro nobis
Scā dei genitrix. or
Scā virgo virginum. or
Scē michael. or
Scē gabriel. or
Scē raphael. or
Omnes sancti angeli et
archangeli. or
Omnes sancti beatorum
spirituum ordines. or
Scē iohannes baptista. or

Om's sci patriarche
et prophete oi
Scē petre oi
Scē paule oi
Scē Andrea oi
Scē iacobe oi
Scē iohannes oi
Scē thoma oi
Scē iacobe oi
Scē philippe oi
Scē bartholomee o
Scē mathee oi
Scē symon oi
Scē thadee oi
Scē mathia oi
Scē barnaba oi
Scē luca oi

117

Sancte marce ora
Omnes sancti apostoli et
euangeliste ora
Omnes sancti discipu
li domini ora
Omnes sancti inno
centes. ora
Sancte stephane ora
Sancte line ora
Sancte clete ora
Sancte clemens ora
Sancte corneli ora
Sancte cypriane ora
Sancte georgi ora
Sancte laurenti ora
Sancte uincenti ora
Sancte fabiane ora

Scē fabiane or̄
Scē iohēs et paule or̄
Scē cosma et damiane
Scē geruasi et prothasi
Omnes sci martirēs orat̄
Scē siluester or̄
Scē leo or̄
Scē ambrosi or̄
Scē ieronime or̄
Scē gregori or̄
Scē augustine or̄
Scē nicholae or̄
Scē bernarde or̄
Scē francisce or̄
Omnes sancti docto
res. or̄
Omnes sci monachi

et heremite oīt
Omnes sci sacerdo
tes et leuite oīt
Scā maria magđ or
Scā maria egipciaca o
Scā anna or
Scā katherina or
Scā margareta or
Scā barbara or
Scā clara or
Scā agnes or
Scā agatha or
Omnes scē uirgīes et
vidue.
Omnes sci et scē dei
intercedite pro nobis
Propicius esto parce

nobis dne
Propicius esto exaudi
nos domine
Propicius esto libera
nos domine
Ab omni malo libera
nos domine.
Ab omi pecco lib
Ab ira tua lib
A subitanea et improvisa morte lib
Ab insidijs dyaboli l
Ab ira et odio et omni
mala voluntate lib
A spu fornicacois lib
A fulgure et tempestate l
A morte ppetua lib

Per misterium sc̄e in
carnacionis tue . lib
Per adventum tuum . lib
Per nativitatē tuā . lib
Per baptismū tuū . lib
Per sctm ieiunium tuū l'
Per crucem et passionē
tuam . lib
Per mortem et sepultu
ram tuam . lib
Per sctam resurrectionē
tuam . lib
Per admirabilem asc̄e
cionem tuā . lib
Per adventum sc̄i sp̄s
paracliti . lib
In die iudicii . lib

Peccatores. Te rogamus
audi nos
Ut nobis parcas. Te r.
Ut nobis indulgeas. Te r.
Ut ad veram penitenci
am nos perducere digne[ris]
Ut ecclesiam tuam sac
tam regere et conservare
digneris. Te r.
Ut domnum apostoli
cum et omnes ecclesiasticos
ordines in sancta religione
conservare digneris. Te r.
Ut inimicos sancte ecclesie
humiliare digneris. Te r.
Ut regibus et principi
bus christianis pacem et

veram concordiã donare
digneris. tẽ
Ut cuncto populo xp̃i-
ano pacem et unitatẽ lar-
giri digneris. tẽ
Ut nosmetipsos in tu-
o sancto servicio cõfor-
tare digneris. tẽ
Ut mentes nr̃as ad ce-
lestia desideria erigas tẽ
Ut omnibus benefacto-
ribus nr̃is sempiterna bona
retribuas. tẽ
Ut animas nr̃as fra-
trum propinquorum et
benefactorum nr̃orum ab
eterna dampnacione eri-

pias. ti
Ut fructus terre dare
et conservare digneris ti
Ut omnibus fidelibus
defunctis requiem eternam
donare. digneris ti
Ut nos exaudire dig
neris ti
Fili dei ti
Agnus dei qui tollis
peccata mundi. parce no
bis domine.
Agnus dei qui tollis
peccata mundi exaudi
nos domine
Agnus dei qui tollis
peccata mundi miserere

nobis. Xpe audi nos.
Kyrieleyson. Xpi-
steleyson. Kyrieleyson.
Pater nr. Et ne nos.
Deus in adiutoriu[m]
meum intende. Dne ad ad-
iuvandum me festina. Con-
fundantur et revereantur
qui querunt animã meã.
Avertantur retrorsu[m]
et erubescant qui volut mi
mala. Avertantur stati[m]
et erubescentes qui dicit
michi euge euge. Exul-
tent et letentur super te oẽs
querentes te et dicant sẽ-
per magnificetur dñs q

diligunt salutare tuum
Ego vero egenus et
pauper sum deus adiu
ua me. Adiutor meus
et liberator meus esto
domine ne moreris. Gloria.
Salvos fac servos
tuos et ancillas tu
as. Deus meus sperantes
tes in te. Esto nobis
domine turris fortitudi
nis A facie inimici. Ni
hil proficiat inimicus
in nobis. Et filius iniq
tatis non apponat noce
re nobis. Domine non se
cundum peccata nostra facias no

bis. Neq secundū iniq
tates nras retribuas no
bis Oremus pro be
nefactoribus nris. Retribu
ere dignare domine om
nibus nobis bona facien
tibus propter nomen tuū
vitam eternā Amen O
remus pro fidelibus defu
ctis. Requiem eternā do
na eis domine et lux per
petua luceat eis. Req
escant in pace Amen Do
mine exaudi. Et clā or
Deus cui propriū
est misereri semper
et parcere suscipe depreca

cione nostram ut quos
delictorum cathena constri
git miseracio tue pieta
tis absoluat. Oratio
Exaudi quesumus domine
supplicum preces et con
fitencium tibi parce peccatis ut
pariter nobis indulgen
ciam tribuas benignus
et pacem. Oratio
Ineffabilem nobis
domine misericordiam tuam clemen
ter ostende ut simul nos et
a peccatis omnibus exuas et
a penis quas pro hiis me
remur eripias. Oratio
Fidelium deus omnium

conditor et redemptor a
nimabus famulorum fa
mularumque tuarum remis
sionem cunctorum tribue
peccatorum ut indulgen
ciam quam semper optaue
runt piis supplicacioni
bus consequantur. Or
Acciones nostras
quesumus domine
aspirando preueni et ad
iuuando prosequere ut
cuncta nostra oracio et operacio a te
semper incipiat et per te
cepta finiatur. Oracio.
Omnipotens sem
piterne deus qui

uiuorum dominaris simul et
mortuorum omniumque mi
sereris quos tuos fide et
opere futuros esse pre
noscis te suppliciter ex
oramus ut pro quibus
effundere preces decreui
mus quosque uel presens
seculum adhuc in carne
retinet uel futurum iam exu
tos corpore suscepit in
tercedentibus omnibus sa
nctis tuis pietatis tue cle
mencia omnium delictorum
suorum ueniam consequan
tur. Per dominum nostrum
